



A. V. 14

365  
18  
Grimi Narfawien  
RR PP Kamaldu

|    |       |      |
|----|-------|------|
| 18 | 64.40 | 93   |
|    | 24    |      |
|    | 27    | 1070 |

Biblioteka  
Ojców Kamedulów  
w Bieleszowie

3.

DIS  
ITIN

PIE, J  
cu

DIVO

ET ELEN  
LO

PIIS ET

à R. P.

PA

Ad vitand  
pus, & A

SE

dupl



Typis

DISTRACTIONES  
ITINERANTIUM

PIÆ, JUCUNDÆ, ERUDITÆ,  
CUM VALIDO PRÆSIDIO

DIVORUM CÆLITUM

ET ELENCHO ITINERUM AD PRÆCIPUA  
LOCA ORBIS TERRARUM,

*Suppeditat &*

PIIS ET CURIOSIS VIATORIBUS

à R. P. JOANNE DREWS S. J.

*Pruteno - Varmienſi.*

Ad vitandum tædium, lucrandū Tem-  
pus, & feliciter conficienda Itinera.

SECUNDA EDITIO

*duplici Corollario aucta.*



BRUNSBERGÆ

*Typis Collegij Societatis JESU*

ANNO MDCC VIII.

Videte Fratres, quomodo  
caute ambuletis: non  
quasi insipientes, sed ut sa-  
pientes; redimentes tempus:  
quoniam dies mali sunt.

Ephes. 5. 15.

*Inem Canonibus  
ppe Augustinus*

Bien A V 14

Ad Perill

D. L. A

JO

N

Canon

Compl  
exer

Perill, R n

ficientissim

mur diurn

rig, Viator

in negotijs

Majorum

lentes vole

& irrefrag

vina fato.

rem primu

movet) su

quem Mat

*Ad Perillust. & Rndmum D;*

*D. LAURENTIUM*

*JOSEPHUM*

*à Bulovice*

*N Y C Z*

*Canonicum Varmiensem;*

*&c. &c.*

**C***omplura sunt, quæ nos assidue  
exercent, fatigantq; Itinera  
Perill. Rndme D, Patrone Muni-  
ficentissime. Imus, ferimur, rapi-  
mur diurni nocturniq;, terrâ ma-  
riq;, Viatores. Imus, motu proprio,  
in negotijs ultro susceptis; ferimur  
Majorum imperijs; rapimur no-  
lentes volentes temporum impetu,  
& irrefragabilis destinationis Di-  
vine fato. Omnia ( præter Moto-  
rem primum, qui immotus omnia  
movet ) sunt in motu perpetuo:  
quem Mathesis assequi non potest,*

patimur omnes. Caterum cum hu-  
jusmodi motus innumeris obnoxij  
sint periculis, casibus & infortu-  
niis, tædiis & mœroribus: in id o-  
pellam meam conferre statui; ut  
Viatores ad manum haberent op-  
portunas quasdam Distractiones,  
& parata Presidia; quibus in dif-  
ficultatibus & periculis muniren-  
tur. Ut verò hæc ipsa pagellæ exp-  
ditum haberent iter in lucem &  
orbem dum sollicitus investigo Pa-  
tronum: sine mora magnis occur-  
risti passibus, indefessus & fortu-  
natus in amplissimis itineribus &  
terrarum, & literarum, & vir-  
tutum & honorum, Viator. Ter-  
restria itinera, quàm frequens su-  
sccepisti, & suscipis, non tam pri-  
vate rei, quàm Ecclesiæ, Princi-  
pum, & patriæ causa; tam felici-  
ter absolvisti; illisq; perennatura  
impressisti vestigia fidelis & in-  
du-

dustrij Oer-  
missarij,  
Artium li-  
rum Scien-  
le decurre  
uditio in  
& univ-  
qua Prin-  
quam ag-  
re gloria,  
duas Virt-  
tantiq; pe-  
dicat sine  
tatur Prin-  
cor, extol-  
ai honor-  
ollibus qu-  
versatus:  
ulchrâ ser-  
non minus  
quam adit-  
obteni? p-  
er ex inc-  
iensis Ec-



dustrij Oeconomi, Sapientis Com-  
missarij, Æquissimi Arbitri. In  
Artium liberalium, & sublimio-  
rum Scientiarum stadijs, qua lau-  
de decurreris: testatur eximia E-  
ruditio in celebrioribus Athenais  
& universitatibus comparata;  
qua Principum calamum & lin-  
guam agere meruisti; nec mino-  
re gloria, quàm gratiâ, egisti. Ar-  
duas Virtutis vias quàm forti con-  
stantiq; pede impiger triveris: præ-  
dicat sine assentatione fama, te-  
statur Principum & populorum A-  
mor, extollunt virtutum pedisse-  
qui honores. In lubricis Honorum  
collibus quàm prudenter solideq; sis  
versatus: docent alij post alios,  
pulchrâ serie, & non volatu, sed  
non minus multo pretiosaq; labore,  
quàm avita Nobilitatis suffragio,  
obtentis? præsertim quando recen-  
ter ex inclytâ Collegiatâ Gutssta-  
diensis Ecclesie colle, ad montem

Cathedralis Varmiensis non tam  
ascendisti, vel eluctatus es, quam  
Principis impulsu, & ardentibus  
suffragantium votis raptus es.  
Hunc montem non fore tibi Her-  
culeam, sed Carolinam Columnam  
non vani auguramur. Ibis Plus  
ultra Avitæ Soleæ, & proprio-  
rum meritorum bonorumq; passi-  
bus: donec (utinam sero!) in  
Domo beatæ Æternitatis conqui-  
escas gloriosus Comprehensor. In-  
terim non dedignaberis solita hu-  
manitate in societatem glorioso-  
rum Itinerum tuorum comites ad-  
mittere distractiones meas, &  
Divorum oblata Præsidia: quibus  
prosperum, securum & jucundum  
Tibi, pluribusq; alijs tuâ Beneficen-  
tiâ, faciat iter omne DEUS salutari-  
um nostrorum. Ita vovet animitus  
Brunsbærgæ, Anno 1701. 15. Julij.

Per illustres ac Rndmæ Dñis Vestræ.

Servus addictissimus Joannes Drews S.I.

A  
I  
bellu  
lem,  
nerantium  
operâ Ad  
Soc: JES  
ris conc  
Author i  
seo, qui p  
quorum f  
siam Cath  
mensis Ju

JOAN  
J. U. L  
Generalis

F  
F  
Cum Lib  
tione  
ptum à R.  
Soc: Sacer

APPROBATIO

**L**ibellum huncce Politico-Spiritualem, cui titulus *Distractiones Itinerantium, piæ, jucundæ &c.* studio & operâ Admodum R. P. JOANNIS DREWS Soc. JESU, Sacræ Theologiæ Doctoris concinnatum, uti talem, qualem Author indigitat, dignissimum censeo, qui publicæ luci exponatur. In quorum fidem &c. Datum ad Ecclesiam Cathedralē Varmiensem die 22 mensis Julij, Anno 1701.

JOANNES GEORGIUS KUNIGK

J. U. D. Cantor Vicarius & Officialis  
Generalis Varmiensis, Pultoviensis Canonicus &c.

mppa.

---

FACULTAS

R. P. Provincialis.

**C**um Librum, qui inscribitur *Distractiones Itinerantium &c.* conscriptum à R. P. JOANNE DREWS nostræ Soc; Sacerdote. *Theologi aliquot ejusdem*

dem Societatis recognoverint, & in lucem fructuosè edi posse judicaverint: potestate mihi factâ ab Adm R. P. N. Thyrso Gonzalez, Præposito Generali, concedo: ut Typis mandetur; si ijs, ad quos pertinet, videbitur. In cujus rei fidem has Literas manu mea subscriptas & Officij sigillo munitas dedi Grodnæ 1701. 29. Junij.

TOBIAS ARENT

Præpositus per Provinciam Litvanam,  
Societatis JESU.


*mppa.*


---

PROTESTATIO AUTHORIS.

**O**Mnia & singula, quæ in hoc Opusculo traduntur de Sanctis alijsq; Virtute illustribus Personis; intelligo humanâ solùm fide nixa & accipi volo plenè juxta decretum Urbani VIII. Pont; Max; 5. Julij, 1631.

DI-

  
Per  
**O**  
familiar  
dio aut  
here gra  
velation  
tionem  
Joanne C  
Grad. 38  
ris conve  
cum DEC  
simus, &  
est: nih  
esse pote  
ad DEU  
bet hæc  
præsidij



## DISTRACTIO I.

*Per Orationem frequentem.*

**O**pportunissima Viatoribus, & ju-  
re primo loco ponenda est  
hæc Distractio. Cùm enim  
familiarè sit quibusvis mœrore vel tæ-  
dio aut lassitudine laborantibus, distra-  
here gravatum animum familiari con-  
versatione cum amicorum aliquo; Ora-  
tionem autem passim Ascetæ cum S.  
Joanne Chrysoft: & S Joanne Climaco  
Grad. 38. definiant; quòd sit *Familia-  
ris conversatio, & conjunctio hominis  
cum DEO*, qui nobis & Amicus amicif-  
simus, & Pater, & Mater, & Omnia  
est: nihil opportunius Viatori probo  
esse potest frequenti elevatione mentis  
ad DEUM & Oratione devotâ. Ha-  
bet hæc & jucunditatis multum, &  
præsidiij plurimum adversus occurrentia

A

peri-

pericula, & insultus hostium visibilia  
& invisibilia. Solent isti vel ma-  
ximè infesti esse gaudentibus otio, quo  
pingviore fruuntur Viatores; & ipsa  
mens nostra honestis occupationibus  
non distracta, facile admittit, quæ  
aliunde ingeruntur, imò ipsa in quas-  
vis ineptias dissolvitur, ut notavit S.  
Laurentius Justin: lib. de agone Christi  
c. 6. *Mens, si quando Oratione, aliave  
occupatione honesta, neglecta, cepit  
à sua custodia dormire: repente cu-  
piditatibus frenata laxantur, & immu-  
dis cogitationibus aditus reseratur.* Si  
ergo ad omnes pertinet, & ubivis lo-  
corum, illud Salvatoris nostri moni-  
tum Luc. 18. *Oportet semper orare, &  
nunquam deficere:* Viatores imprimis  
concernat, est necesse. *Plena sunt  
omnia periculis, plena laqueis;* ait S. Leo  
Serm 5 de Quadrag. non dormiunt,  
neque dormitant, sive meridiana, sive  
vespertina nocturnaque, aut matutina  
dæmonia, in perniciem nostram ubique  
ac specialiter in itineribus, intentissi-  
ma. *Nisi Dominus, devota oratione*  
in-

interpellat  
intendat,  
facile in c  
cipere po  
festius id  
Cum a  
Germania  
Suso, Ord  
amicissimu  
duos à fac  
Satan con  
mittente I  
mè exagit  
mulatè tu  
innocentem  
infamarunt  
concitatis:  
mo torqu  
retur: Sa  
Non desun  
quas subinc  
lum potest  
peccata cas  
ronet. Or  
tibus pater  
ciat cum t

interpellatus in adiutorium nostrum intendat, & ad adjuvandos festinet: facile in corpore & anima gravia accipere possumus detrimenta. Manifestius id fiet exemplis.

Cum ad Provinciale Capitulum in Germaniam proficisceretur B. Henricus Suso, Ord. Præd. vir quidam pius, ipsi amicissimus, vidit in spiritu, dæmones duos à facie Domini egressos (ut olim Satan contra Job) ut Henricum, permittente DEO quàm possent acerbissimè exagitarent. Et præsterunt id cumulatè tum per Fratres quosdam, qui innocentem diris calumnijs in Capitulo infamarunt; tum gravibus morbis concitatis: ut simul in corpore & animo torqueretur, ac fere opprimeretur. *Surius in vita 25 Jan. c 25.* Non desunt DEO rationabiles causæ, ob quas subinde malignis Spiritibus plusculum potestatis in nos tribuit, sive ut peccata castiget, sive ut virtutem coronet. Orandus igitur: ut periclitantibus paternam manum porrigat, & faciat cum tentatione proventum.

Româ Viennam ad Ferdinandum II. Imp. ex mandato Summi Pontificis, licet æger, proficiscebatur P. Dominicus à JESU MARIA, Carmel. Discalc. Et ecce videt dæmonum ingentem copiam confluentem, & consultantem, quomodo hoc illius iter impedire possent. Cùm sententijs dissiderent, nec certi aliquid concludere possent: exurgens ferocior unus, *discedat sanè, ajebat: faxo, ut brevi eum pœniteat itineris suscepti*. Nec defuit promissis; miris variisque modis exagitando infirmum viatorem. Jam mulos, quibus vehebatur, terrefactos per invia & devia ajebat: jam eversam lecticam in fossas profundas & aquâ plenas, præcipitabat, jam alia objiciebat impedimenta; ut Sanctum vel ad reditum compelleret, vel ad impatientiam concitaret. Sed ex tota vexatione nihil tulit lucri, plurimum confusionis; quòd unum infirmum virum, solâ Oratione & Patientiâ munitum, debellare non potuisset. *Cochem lib. 3. Histor.*

per  
Alijs artibus  
tellites, ac fo  
B. Egidium  
genere, ac o  
tillimus, ex  
ad animum  
colendum.  
ipsi adjuncti  
non è postre  
manitatis offi  
militariatem  
meret in lect  
nistris sermo  
ta incautum  
poque deduxi  
culsi, Tolet  
magiam, ej  
donec vitijs  
post septenni  
arte donaretu  
er; nisi mise  
minus in mar  
tum eduxisset  
prosequor in  
ser. 5. post Dom  
Pentec.



Alijs artibus aggressi sunt Orci satellites, ac ferè æternum perdididerunt B. Ægidium Ord. Præd. dum juvenis genere, ac opibus, & ingenio florentissimus, ex Hispania tenderet Parisios, ad animum sublimioribus scientijs excolendum. In via, quasi fortuitò, se ipsi adjunxit non nemo, ut videbatur, non è postrema nobilitate; ijsque humanitatis officijs sese insinuavit in familiaritatem Ægidij: ut hic illum assumeret in lecticam suam. Ibi his illisve mistis sermonibus, veterator infernalis ita incautum juvenem circumvenit eoque deduxit; ut relicto itinere Parisiensi, Toletum desisteret, scholam Magicam, ejurato DEO frequentaret, donec vitijs quàm scientiã plenior, post septennium Doctorali laureã in ea arte donaretur. Perierat æternum miser: nisi misericors & miserator Dominus in manũ forti ex abyssò scele- rum eduxisset pereuntem; prout latius prosequor in Breviario meo *Asce- tico. fer. 5. post Dom. 3. & fer. 2. post Dom. 17. Pentec.*

Nimirum, ut pridem notavit S. Chrysoft. lib. I. de orando DEO: *Sceleratissimi spiritus continenter obambulant, observantes nos: ut si quem deprecabenderint nudatum deprecationis praesidio, protinus abripiant:* primùm quidem in cogitationes otiosas, deinde in periculosas, tandem in malas, tum in cupiditates pravas, denique in gravia delicta, & quæ sequitur, perditionem. Ex his igitur manifestum est, quàm sit necessaria itinerantibus Oratio.


Quàm verò eadem sit Jucunda, si rite instituat: experientiâ magis, quàm rationibus discitur. Quid enim jucundius accidere potest mendico; quàm ad ejus divitis fores mendicare, qui totus est charitas, & misericordia; Quid jucundius infirmo; quàm illi medico detegere infirmitatem suam, qui solo verbo potest quemvis depellere morbum? Quid jucundius periclitanti; quàm illius opem implorare, qui & potest, & vult juvare, dummodo humilitate & fiducia sincerâ invocetur? Talis est in gradu eminentissimo, imò

in

infinito, DE  
cunque oran  
accipietis; &  
11. Unde c  
hom 19. C  
gium, hila  
perpetue vo  
plius ex Dist  
Porro in  
familiares,  
obtinere In  
DEO præse  
passus, in u  
motivo char  
omnibus n  
Deinde reci  
sua pro Cl  
omnibus ac  
solent Litan  
tra vim, do  
sibulum & i  
alios incurfu  
niamur;  
oppor

infinito, DEUS noster. Omnia que-  
 cunque orantes petitis, credite, quia  
 accipietis; & evenient, inquit ipse Marc.  
 11. Unde concludit S. Chryostomus  
 hom 19. Oratio mœroris omnis refu-  
 gium, hilaritatis argumentum, occasio  
 perpetuæ voluptatis est. Patebit am-  
 pliùs ex Distractione seq.

Porro inter Orationes Viatoribus  
 familiares, magisque proficuas, primas  
 obtinet *Intentio recta*: quâ offertur  
 DEO præsens iter, & omnes ac singulâ  
 passus, in unione itinerum Christi, ex  
 motivo charitatis, obedientiæ &c. cum  
 omnibus molestijs, quæ occurrent.  
 Deinde recitatur *Itinerarium*, ab Eccle-  
 sia pro Clericis concinnatum, sed  
 omnibus accommodatissimum. Addi  
 solent Litanix de OO. Sanctis: ut con-  
 tra vim, dolos, & insidias hostium vi-  
 sibilium & invisibilium, contra varios  
 alios incurfus & casus, tutiùs commu-  
 niamur; Castra DEI Viventis  
 opportunè opposcentes sa-  
 tellitibus Orci.



## ITINERARIUM.

*Initio Itineris quotidie devotè dicendum*

*Antiphona; In viam pacis.*

*Canticum.*

**B**enedictus Dominus DEUS  
Israël, quia visitavit, & fecit  
redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis,  
in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os San-  
ctorum, qui à sæculo sunt, Pro-  
phetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, &  
de manu omniū, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam  
cum Patribus nostris: & memo-  
rari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit  
ad Abraham Patrem nostrum,  
datum se nobis.

Ut sine timore, de manu ini-  
micorum nostrorum liberati, ser-  
viamus illi.

In

In sancto  
ipso, omni  
Et tu pu  
vocaberis  
ciem Dom  
Ad dan  
plebi ejus  
torum eor  
Per visio  
nostri, in  
oriens ex  
Illumina  
& in umb  
dirigendos  
pacis.  
Gloria  
In viam  
dirigat nos  
ricors Dom  
phaël comi  
ut cum pac

*Itinerarium.*

9

In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae DEI nostri, in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri &c.

*Antiphona.*

In viam pacis & prosperitatis dirigat nos omnipotens & misericors Dominus, & Angelus Raphaël comitetur nobiscum in via; ut cum pace, salute, & gaudio

revertâmur ad propria. Kyrie  
eleison. Christe eleison. Kyrie  
eleison. Pater noster *secretò.*

*V.* Et ne nos inducas in tenta-  
tionem. *R.* Sed libera nos à  
malo.

*V.* Salvos fac servos tuos. *R.*  
DEUS meus sprantes in te.

*V.* Mitte nobis Domine auxi-  
lium de Sancto. *R.* Et de Sion  
tuêre nos.

*V.* Esto nobis Domine turris  
fortitudinis. *R.* A facie inimici.

*V.* Nihil proficiat inimicus in  
nobis. *R.* Et filius iniquitatis non  
apponat nocere nobis.

*V.* Benedictus Dóminus die  
quotidie. *R.* Prosperum iter fa-  
ciat nobis DEUS salutarium no-  
stròrum.

*V.* Vias tuas Dómine demón-  
stra nobis. *R.* Et sémitas tuas  
édoce nos. *V.* Uti-

*V.* Utina  
tra. *R.* A  
icationes t  
*V.* Erun  
*R.* Et áspe  
*V.* Ange  
avit de te.  
omnibus  
*V.* Domi  
neam. *R.*  
véniat.  
*V.* Dómi  
in spiritu  
O  
DEUS,  
maris n  
e fecisti,  
er ad te,  
tione nobis  
erum temp  
Angelo tu  
um quó p

*V.* Utinam dirigantur viae nostrae. *R.* Ad custodiendas justificationes tuas.

*V.* Erunt prava in directa. *R.* Et aspera in vias planas.

*V.* Angelis suis DEUS mandavit de te. *R.* Ut custodiant te in omnibus vijs tuis.

*V.* Domine exaudi orationem meam. *R.* Et clamor meus ad te veniat.

*V.* Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

*ORATIO.*

**D**EUS, qui filios Israël per maris medium sicco vestigio ire fecisti, qui quæ tribus Magis iter ad te, stellâ duce pandisti: tribue nobis quæsumus iter prosperum tempusque tranquillum: ut Angelo tuo sancto comite, ad eum quò perginus locum, ac

demum ad æternæ salûtis portum  
pervenire feliciter valeâmus.

**D**DUS, qui Abraham puerum  
tuum de Ur Chaldæorum  
eductum per omnes suæ pere-  
grinationis vias illæsum custo-  
disti: quæsumus, ut nos famulos  
tuos custodire digneris: esto no-  
bis Domine in procinctu suffra-  
gium, in via solatium: in æstu  
umbraculum, in pluvia & frigore  
tegumentum, in lassitudine vehi-  
culum, in adversitate præsidium,  
in lubrico baculus, in naufragio  
portus, ut te duce, quô tendi-  
mus, prosperè perveniamus, &  
demum incolumes ad propria  
redeâmus.

**A**desto, quæsumus Domine,  
supplicationibus nostris: &  
viam famulorum tuorum in sa-  
lutis tuæ prosperitare dispône,  
ut

ut inte  
variet  
mur a  
PRæ  
D  
viam  
Joann  
iectar  
dixit  
num  
stum  
vivit  
sanct  
sæcul  
V.  
R.  
D  
KY  
Christ



ut inter omnes viæ & vitæ hujus  
varietates tuo semper protega-  
mur auxilio.

**P**Ræsta quæsumus omnipotens  
**D**EUS: ut familia tua per  
viam salutis incedat, & beati  
Joannis Præcursoris hortamenta  
sectando, ad eum, quem præ-  
dixit, secura perveniat Domi-  
num nostrum **JESUM** Chri-  
stum Filium tuum: Qui tecum  
vivit & regnat in unitate Spiritûs  
sancti **D**EUS, per omnia sæcula  
sæculorum. *R. Amen.*

*V. Procedamus in pace,*

*R. In nomine Domini, Amen:*

**LITANIÆ**

**DE OMNIBUS SANCTIS.**

**K**yrie eleison. Christe eleison.  
Kyrie eleison.

Christe audi nos. Christe exaudi  
nos.

Pater de cœlis DEUS, Miserere  
nobis.

Fili Redemptor mundi DEUS,  
Miserere nobis.

Spiritus sancte DEUS, Miserere  
nobis

Sancta Trinitas unus DEUS,  
Miserere nobis.

Sancta MARIA,

S. DEI Genitrix,

S. Virgo Virginum;

S. Michæel,

S. Gabriel,

S. Raphaël,

Omnes sancti Angeli & Archan-  
geli, Orate pro nobis.

Omnes sancti beatorum Spiritu-  
um Ordines, Orate pro nobis.

S. Joannes Baptista, Ora pro no.

Omnes sancti Patriarchæ & Pro-  
phetæ, Orate pro nobis.

S. Petre, Ora pro nobis.

S. Pau-

Ora pro nobis.

S. Paul  
S. And  
S. Jaco  
S. Joa  
S. Th  
S. Jac  
S. Phil  
S. Bar  
S. Ma  
S. Sim  
S. Th  
S. Ma  
S. Bar  
S. Luc  
S. Ma  
Omnes  
gelif  
Omnes  
Omnes  
S. Step  
S. Lau  
S. Vin

Miserere

S. Paule,

DEUS,

S. Andrea,

Miserere

S. Jacobe,

DEUS,

S. Joannes,

S. Thoma,

S. Jacobe,

S. Philippe,

S. Bartholomæe,

S. Matthæe,

S. Simon,

S. Thaddæe,

S. Mathia,

S. Barnaba,

S. Luca,

S. Marce,

Omnes sancti Apostoli & Evan-

gelistæ, Orate pro nobis.

Omnes SS. Discipuli Domini, Or.

Omnes SS. Innocentes, Orate.

S. Stephane, Ora pro nobis.

S. Laurenti, Ora pro nobis.

S. Vincenti, Ora pro nobis.

S. Fa-

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Archan-

Spiritu-

ro nobis.

pro no-

e & Pro-

bis.

S. Pau-

SS. Fabiane & Sebastiane, Orate.

SS. Joannes & Paule, Orate.

SS. Cosma & Damiane, Orate.

SS. Gervasi & Protasi, Orate.

Omnes sancti Martyres, Orate.

S. Silvester,

S. Gregori,

S. Ambrosi,

S. Augustine,

S. Hieronyme,

S. Martine,

S. Nicolæ,

Omnes sancti Pontifices & Confessores, Orate pro nobis.

Omnes sancti Doctores, Orate.

S. Antoni,

S. Benedicte,

S. Bernarde,

S. Dominice,

S. Francisce,

Omnes sancti Sacerdotes & Levitæ, Orate pro nobis.

Omnes

Ora pro nobis.

Ora pro nobis.

Omnes  
mitæ  
S. Maria  
S. Agat  
S. Luci  
S. Agne  
S. Cæci  
S. Cath  
S. Anaf  
Omnes  
Inter  
Omnes  
Inter  
Propitiu  
mine  
Propitiu  
Ab omni  
Ab omni  
Ab ira t  
A subi  
morte  
Ab infid

tiane, Orate  
e, Orate  
ane, Orate  
ti, Orate  
yres, Orate  
ces & Con  
o nobis.  
res, Orate  
dotes & Le  
obis.  
Omnes

Omnes sancti Monachi, & Ere-  
mitæ, Orate pro nobis.

S. Maria Magdalena,

S. Agatha,

S. Lucia,

S. Agnes,

S. Cæcilia,

S. Catharina,

S. Anastasia,

Omnes sanctæ Virgines & Viduæ,  
Intercedite pro nobis.

Omnes Sancti & Sanctæ DEI,  
Intercedite pro nobis.

Propitius esto, Parce nobis Do-  
mine.

Propitius esto, Exaudi nos Dne.

Ab omni malo,

Ab omni peccato,

Ab ira tua,

A subitanea & improvisa  
morte,

Ab insidijs diaboli,

Orate pro nobis.

Lib. nos Domine  
Ab

Ab ira, & odio, & omni mala  
 voluntate,  
 A spiritu fornicationis,  
 A fulgure & tempestate,  
 A morte perpetua,  
 Per mysterium sanctæ incar-  
 nationis tuæ,  
 Per Adventum tuum,  
 Per nativitatem tuam,  
 Per baptismum & sanctum  
 jejunium tuum,  
 Per crucem & passionem tuā,  
 Per mortem & sepulturam  
 tuam,  
 Per sanctam resurrectionem  
 tuam,  
 Per admirabilem ascensionem  
 tuam,  
 Per adventum Spiritûs S. Pa-  
 tris, (racleti,) In die judicij,  
 Peccatores, Te rogamus audi nos.  
 Ut nobis parceas, Te rogamus  
 audi nos.

Liberata nos Domine.

Ut nobis  
 Ut ad  
 nos p  
 Ut Eco  
 rege  
 gner  
 Ut don  
 omni  
 dine  
 conf  
 Ut ini  
 hum  
 Ut Regi  
 stiani  
 cordi  
 Ut cum  
 pacer  
 digne  
 Ut nos  
 servit  
 serva  
 Ut men  
 desid

Ut nobis indulgeas ,  
Ut ad veram pœnitentiam  
nos perducere digneris ,  
Ut Ecclesiam tuam sanctam  
regere & conservare di-  
gneris ,  
Ut domnum Apostolicum &  
omnes Ecclesiasticos ordi-  
dines in sancta Religione  
conservare dignetis ,  
Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ  
humiliare digneris ,  
Ut Regibus & Principibus Chri-  
stianis pacem & veram con-  
cordiam donare digneris ,  
Ut cuncto populo Christiano  
pacem & unitatem largiri  
digneris ,  
Ut nosmetipsos in tuo sancto  
servitio confortare & con-  
servare digneris ,  
Ut mentes nostras ad cœlestia  
desideria erigas ,

Te rogamus audi nos.

Ut

omni mala

his,  
state,

tæ incar-

sanctum

em tuâ,  
culturam

ectionem

ensionem

is S. Pa-  
raeleti,

pus audi nos

Te rogamus

U

Ut omnibus benefactoribus  
nostris sempiterna bona re-  
tribuas,

Ut animas nostras, fratrum,  
propinquorum & benefa-  
ctorum nostrorum ab æ-  
terna damnatione eripias,

Ut fructus terræ dare & con-  
servare digneris,

Ut omnibus fidelibus defun-  
ctis requiem æternam do-  
nare digneris,

Ut nos exaudire digneris,

Fili DEI,

Agnus DEI, qui tollis peccata  
mundi, Parce nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata  
mundi, Miserere nobis.

Agnus DEI, qui tollis peccata  
mundi, Exaudi nos Domine.

Christe audi nos. Christe exaudi  
nos. Kyrie eleison. Pater noster.

*Psalm*

Te rogamus audi nos.

DEI  
int  
vandu  
Co  
qui qu  
Ave  
bescan  
Ave  
tes, q  
Exu  
mnes,  
semper  
qui dil  
Ego  
fum:  
Adj  
us es t  
Glor  
V. Sal  
R. DE  
V. Esto



*Psalmus 69.*

**D**EUS in adiutorium meum  
intende: Domine ad adju-  
vandam me festina.

Confundantur & revereantur,  
qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum & eru-  
bescant, qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescen-  
tes, qui dicunt mihi Euge, euge.

Exultent & lætentur in te o-  
mnes, qui quærunt te; & dicant  
semper, magnificetur Dominus,  
qui diligunt salutare tuum.

Ego verò egenus & pauper  
sum: DEUS adjuva me.

Adjutor meus & liberator me-  
us es tu: Domine ne moreris.

Gloria Patri, &c.

*V.* Salvos fac servos tuos,

*R.* DEUS meus sperantes in te.

*V.* Esto nobis Domine turris for-  
titudinis,

ribus  
a re-  
rum,  
nefa-  
b æ-  
bias,  
con-  
fun-  
do-  
son ipse audi nos.  
peccata  
hine.  
peccata  
peccata  
hine.  
e exaudi  
r noster.  
Psal-

- titudinis, *R.* A facie inimici.
- V.* Nihil proficiat inimicus in nobis. *R.* Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
- V.* Domine non secundum peccata nostra facias nobis. *R.* Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
- V.* Oremus pro Pontifice nostro *N.* *R.* Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus.
- V.* Oremus pro Benefactoribus nostris, *R.* Retribuere dignare Domine, omnibus, nobis bona facientibus, propter nomen tuum vitam æternam, *A.*
- V.* Oremus pro Fidelibus defunctis, *R.* Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. *V.* Re-

*V.* Requiesca  
*V.* Pro fratribus  
*R.* Salvos  
 DEUS m  
*V.* Mitte e  
 de sancto  
 eos.  
 Domine  
 meam, F  
 te veniat  
 Dominu  
 cum Spiritu  
 O  
 DEUS, c  
 tereri se  
 scipe depr  
 nos, & o  
 nos delictor  
 , miseratio  
 enter absol  
 Exaudi, qu  
 applicum pre

*V.* Requiescant in pace. *R.* Am.

*V.* Pro fratribus nostris absentibus,

*R.* Salvos fac servos tuos,  
DEUS meus sperantes in te.

*V.* Mitte eis Domine auxilium  
de sancto. *R.* Et de Sion tuere  
eos.

*V.* Domine exaudi orationem  
meam, *R.* Et clamor meus ad  
te veniat.

*V.* Dominus vobiscum, *R.* Et  
cum Spiritu tuo.

*ORATIO.*

**D**EUS, cui proprium est mi-  
sereri semper, & parcere,  
suscipe deprecationem nostram:  
ut nos, & omnes famulos tuos,  
quos delictorum catena constri-  
git, miseratio tuæ pietatis cle-  
menter absolvat.

Exaudi, quæsumus Domine,  
supplicum preces, & confitentium  
tibi

tibi parce peccatis: ut pariter  
nobis indulgentiam tribuas beni-  
gnus & pacem.

Ineffabilem nobis Domine,  
misericordiam tuam clementer  
ostende; ut simul nos, & à pec-  
catis omnibus exuas, & à pœ-  
nis, quas pro his meremur eri-  
pias.

DEUS, qui culpâ offenderis,  
pœnitentiâ placaris; preces po-  
puli tui supplicantis propitius re-  
spice, & flagella tuæ iracundiæ,  
quæ pro peccatis nostris mere-  
mur, averte.

Omnipotens sempiterne Deus,  
miserere famulo tuo Pontifici no-  
stro N. & dirige eum, secundum  
tuam clementiam, in viam salu-  
tis æternæ; ut te donante tibi  
placita cupiat, & totâ virtute  
perficiat.

Quæ-

de or  
Quæsum  
ut famulus  
qui tuâ mis  
gni governa  
omnium p  
quibus dece  
rum monst  
qui via, ve  
ciosus vales  
DEUS,  
recta confil  
ra; da serv  
mundus dar  
t & corda  
ledita, & h  
line, temp  
atione trans  
Ure igne  
ostros, & co  
ut tibi casto  
& mundo co  
Fidelium I

Quæsumus omnipotens DEUS,  
ut famulus tuus N. Rex noster,  
qui tuâ miseratione suscepit re-  
gni gubernacula; virtutum etiam  
omnium percipiat incrementa;  
quibus decenter ornatus, & vitio-  
rum monstra devitare, & ad te,  
qui via, veritas & vita es, gra-  
tiosus valeat pervenire.

DEUS, à quo sancta desideria,  
recta consilia, & iusta sunt ope-  
ra; da servis tuis illam, quam  
mundus dare non potest, pacem;  
ut & corda nostra mandatis tuis  
dedita, & hostium sublatâ formi-  
dine, tempora sint tuâ prote-  
ctione tranquilla.

Ure igne sancti Spiritûs renes  
nostros, & cor nostrum Domine:  
ut tibi casto corpore serviamus,  
& mundo corde placeamus.

Fidelium DEUS omnium Con-

B

ditor

ditor & Redemptor animabus famulorum famularumq; tuarum remissionem cunctorum tribu peccatorum : ut indulgentiam quam semper optaverunt, pijs supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpti finiatur.

Omnipotens sempiternus DEUS qui vivorum dominaris simul & mortuorum, omniumque miseris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis : te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus

de  
dentibus  
pietatis t  
delictoru  
sequantu  
strum J  
tuum ;  
in unitat  
Per om  
R. Amen  
V. Dom  
R. Et cu  
V. Exau  
miseri  
V. Fidele  
cordia  
pace.

A Ve M  
DEI  
Atque se  
Felix cœl

dentibus omnibus Sanctis tuis,  
pietatis tuæ clementiâ, omnium  
delictorum suorum veniam con-  
sequantur. Per Dominum no-  
strum JESUM Christum Filium  
tuum; qui tecum vivit & regnat  
in unitate Spiritûs sancti DEUS;  
Per omnia sæcula sæculorum.  
R. Amen.

*V.* Dominus vobiscum,

R. Et cum Spiritu tuo.

*V.* Exaudiat nos omnipotens &  
misericors Dominus. R. Amen.

*V.* Fidelium animæ per miseri-  
cordiam DEI requiescant in  
pace. R. Amen.

*HYMNUS.*

**A**ve Maris stella,  
DEI Mater alma,  
Atque semper Virgo,  
Felix cœli porta.

*Sumens illud Ave,  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Eva nomen.*

*Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.*

*Monstra te esse Matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.*

*Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac & castos.*

*Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes JESUM,  
Semper collatemur.*

*Sit Laus DEO Patri,  
Summo CHRISTO decus,*

*Spi-*

Spiritus la  
Tribus ho  
Sub tu  
mus S. D  
V. Or  
nitrix,  
promissio

**D**efen  
B. M  
interced  
veritate  
tibi prostr  
pitius tuè  
V. Ad  
Custode  
nos ab in  
**D**EUS,  
Angel  
mittere di  
tuis: & eo  
fendi, & æ  
Christum  
xilium ma



Spiritui sancto,  
Tribus honor unus.

Sub tuum præsidium confugi-  
mus S. DEI Genitrix, &c.

*V.* Ora pro nobis S. DEI Ge-  
nitrix. *R.* Ut digni efficiamur  
promissionibus Christi.

*ORATIO.*

**D**Efende quæsumus Domine,  
B. MARIA semper Virgine  
intercedente, istam ab omni ad-  
versitate familiam, & toto corde  
tibi prostratam, ab hostium pro-  
pitius tuere clementer insidijs.

*V.* Adeste nobis SS. Angeli  
Custodes nostri. *R.* Defendite  
nos ab inimicis nostris.

**D**EUS, qui ineffabili Providentia SS.  
Angelos tuos ad nostram custodiam  
mittere dignaris, largire supplicibus  
tuis: & eorum semper protectione de-  
fendi, & æternâ societate gaudere. Per  
Christum Dominum, &c. Divinum au-  
xilium maneat semper nobiscum. Amen.

Quidam laudum DEI paræ V. studiosiores, initio Litaniarum, post *Santa Virgo Virginum*, subjungunt, *Mater Christi, Mater divinae gratiae, &c.* totasque decurrunt Litanias Lauretanas, usque ad *Regina Sanctorum omnium*: tum prosequuntur Litanias de Omnibus Sanctis, dicendo: *Sancte Michæl, &c.*

Quanto exiguae operæ pretio prædictis Litanij invocetur DEUS cum Sanctis suis: Compluribus constat experimentis. Illarum solemnem cantum inter supplicandum abacta est Romæ horribilis pestifera lues, tempore S. Gregorij M. Iisdem Constantinopoli sedatus est funestus & diuturnus terræ motus: postquam ex revelatione cœlitus accepta, jussi sunt incolæ continuare Litanias illas, atque in fine hanc annectere clausulam: *Sancte DEUS, Sancte Fortis, Sancte Immortalis miserere nobis.* Dum in supremo agone Sanctæ Mechtildis solitis Litanij invocarentur Sancti: Vidit S. Gertrudis singulos ad pronunciatum Nomen suum gaudio gestientes, exurgere; ac de-

pa  
demissos in  
moriante o  
Religiosis S.  
contra infel  
insultus fue  
proverbio o  
Eratrum P  
operantur.  
Chrysoptom  
inquit, vim  
mam, orat  
torum: se  
que id ipsu  
mus, & a  
Juvat igitur  
invocatione  
dicimus M  
actum elio  
obiter id  
Litanij  
multi trina  
cum Antip  
in venerati  
nicæ & DE  
tam studio  
maus: ut

demissos in genua, merita sua pro  
 moriente offerre Divinæ Majestati.  
 Religiosis S. Domini tanto præsidio  
 contra infestos variorum inimicorum  
 insultus fuerunt eadem Litaniam: ut  
 proverbio diceretur: *Cavete à Litanijis  
 Fratrum Prædicatorum: Mira enim  
 operantur.* Barry in Anno S. 18. Jan. S.  
 Chrysostomus hom. in Matt. *Habent,*  
*inquit, vim pro nobis, & quidem maxi-*  
*mam, orationes supplicationesque San-*  
*ctorum: sed tunc profectò cum nos quo-*  
*que id ipsum per Pœnitentiam postula-*  
*mus, & ad studia meliora confugimus.*  
 Juvat igitur, dum initio Litaniarum ad  
 invocationem Divinarum Personarum,  
 dicimus *Miserere nobis*; serio conatu  
 actum elicere Contritionis, & non  
 obiter id pronunciare.

Litanijis convenienter subjungunt  
 multi trinam salutationem Angelicam,  
 cum Antiphonis *Angelus Domini, &c.*  
 in venerationem Incarnationis Domi-  
 nicæ & DEIPARÆ V. Cujus devozionis  
 tam studiosus fuit S. Carolus Borro-  
 mæus: ut audito campanæ signo, quo-

cunque loco esset, quantumvis lutofo, genua humi poneret, saluaretque Virginem Matrem cum benedicto fructu ventris sui; ut tradit Novariensis in ejus Vita lib. 7.

Plures, easque non minùs jucundas, quàm fructuosas, Preces, ut Horas Canonicas, Rosaria & Coronas DEIPARÆ V. Officia varia, &c. suppeditabunt tum Gradus Sacerdotalis, tum Leges Sodalitatum, quibus nomina dedimus, tum privata devotio, & quæ hic sequentur, *Distractiones* Illam S. Francisci Borgiæ, quem precum heluonem sanctum rectè dixeris, non præteriero industriam, qua usus est, dum ex mandato Pontificio cum Cardinali Alexandrino proficisceretur in Hispaniam. Cùm enim nonnulli nostrorum PP. Procuratorum in idem iter convenissent: Franciscus ita inter comites suos divisit horas precandi: ut totus dies perpetua esset oratio. Quod orandi institutum ita probavit Cardinalis: ut & ipse inter comitantem se Clerum pari modo tempora pre-

pe  
precandi ditte  
la distraçtion  
otione. Sa  
b. 7. n. 14.  
ant P. Petr  
ocietatis D  
hazar Alvar  
lies perpetu  
ez eo nomi  
at occasio  
liberalior es  
am DEO  
uorumvis  
sindi. Or  
t sicut nun  
unquam dep  
onavent. Se  
D I S T  
Per p  
Tinerarium  
Luna quæd  
files incurse  
diem occur  
muniti colli  
ese ingerer

precandi distribuerit, non minus jucunda distractione, quàm DEO grata devotione. *Sacchinus hist. Soc. Part. 3. lib. 7. n. 14.* Plurium vices soli obibant P. Petrus Faber, unus è primis Societatis Decem viris, & Pater Balthasar Alvarez: quibus in itinere toti dies perpetua erant Oratio. P. Alvarez eo nomine libentiùs apprehendebat occasiones itinerandi, quòd in via liberalior esset copia orandi: id est, cum DEO fermocinandi, & contra quorumvis hostium incursus nos munendi. Oratio debet esse continua: ut sicut nunquam deficit pugna, sic nunquam deponamus arma: inquit S. Bonavent. Serm. 27. de Confess.

## D I S T R A C T I O II.

*Per piam Meditationem.*

**I** Tinerarium cum Litanijis est opportuna quaedam præmunitio contra hostiles incursus & adversos, qui per diem occurrere possunt, casus. Sic muniti colligamus mentem à cæteris sese ingerentibus objectis, ad instituendam

tuendam piam Meditationem: in qua non solum cellis inclusi Ascetæ, sed etiam per orbem discurrentes Viatores probi, insignem cum uberrimo fructu experiri solent voluptatem. Nam, ut notavit S. Laurentius Justinianus, de casto connubio c. 22. *Ex ipsius assiduitate stabilitur mens, purgantur cogitationes, solitudo sapit, delectatur DEUS, ingenium acuitur, castificatur sensus, illustratur ratio, loquela restringitur, & animus ad alta suspenditur. Ipsa est spiritualis janua orationis, per quam Verbum ab ingredientibus agnoscitur, & puris manibus honoratur. Quamdiu mentis oratio veraciter possidetur: tanquam oculi pupilla custodienda est, & velut quoddam spirituale depositum servanda.*

Mentalis orationis, id est, Meditationis piæ, propria sunt magna illa, pariterq; dulcissima encomia, quæ passim SS. Patres tribuunt Orationi. Ut cum S. Bernardus apud Lud. Granaten: lib. 3. de Orat. c. 8. dicit: Orando bibitur vinum spirituale lætificans cor hominis, Vinum scilicet Spiritus S. quod

per pia  
quod inebri  
voluptatum  
rum: Nihil  
vita sentitur  
cipitur, co  
amore terr  
animum m  
nem ad quæ  
quamvis trib  
dit alacriore  
Hæc est S  
22 dicitur:  
morabitur,  
nitur, & in  
tionem DE  
captus adm  
Intrans in do  
quiescam cu  
ritudinem c  
convictus ill  
Experientur  
non solum  
Antonij & A  
nerantes co  
corpora ferr  
& conversat

per piam Meditationem. 35

quod inebriat mentem, & carnalium voluptatum infundit oblivionem *Et iterum*: Nihil est, quod dulcius in hac vita sentitur, majore cum gaudio percipitur, corda hominum fortius ab amore terrenorum disjungit; nihil animum munit potentiùs, nihil hominem ad quævis bona opera faciendâ, & quamvis tribulationem perferendâ, reddit alacriorem, studio Contemplationis.

Hæc est Sapientia illa, de qua Eccl. 4. 22. dicitur: *Beatus vir, qui in Sapientia morabitur, & qui in justitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspeditionem DEI.* Et Sap. 8. 16. Salomon captus admiratione & amore illius, *Intrans in domum meam, inquit, conquiescam cum illa Non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tedium convictus illius sed lætitiâ & gaudium.* Experiuntur hanc lætitiâ & gaudium non solùm in Contemplatione defixi Antonij & Arsenij: verùm etiam Itinerantes complures, quorum dum corpora feruntur per terras, Spiritus & conversatio est in cœlis.

De S. Carolo Borromæo, Antiftitum Sacrorum gloriâ & ideâ, tradit Novarienfis Epifc. lib. 7. vitæ c. 14. quòd Itineris tempus ita consumebat; ut nifi quis interim audiendus, vel cum aliquo effet colloquendum; in rebus Divinis femper animum defigeret, atque ita raperetur: ut pene fenfuum intermitterentur officia. In Deciana via cum iter noctu, denfiffimis tenebris, faceret, & in foveas quasdam delapfus effet, mulâ super eum jacente: ita nihilominus meditatione abforptus erat; ut ne quidem de exitu cogitaret; donec comites accenfis facibus regreffî, eum nihil querentem, aut dicentem, extraherent madidum ac lulentum, hilarem tamen animo & vultu. Interdum mula, quâ vehebatur, ita offendebat, ut procumberet: ipfe verò nifi corrucet, nihil plerumq; animadvertibat. Nimirum ut Tertulianus dixit: *Nihil crus fenfit in nervo, cui animus fixus eft in cælo.*

Iisdem cœleftibus contemplationis voluptatibus animum pafcebat India-  
rum

per pi-  
rum Apof-  
rius, in It-  
Quantumvis  
tum effet ce-  
varet farcin-  
neceffarijs  
tarentur o-  
imminent  
nihilominus  
quia animu  
humana om-  
tionem co-  
Goæ, quar  
perij in Inc-  
meridie Pro-  
daret Xaveri-  
nis per Me-  
urbis perer-  
tente nocte  
redijt & a  
Tum ad foc-  
inquit, cum  
enim diem  
Thurfellinus  
dies, qui fic  
non inanes,



*per piam Meditationem.* 37

rum Apostolus, S. Franciscus Xaverius, in Itinetibus maximè arduis. Quantumvis inediâ & laboribus exhaustum esset corpusculum, humeros gravaret sarcina cum apparatu sacro & necessarijs libellis, pedes crebris cruentarentur offendiculis, capiti & vitæ imminerent latronum pericula: ibat nihilominus intrepidus & gaudens; quia animum levavit super se & super humana omnia, per assiduam Meditationem conjunctus DEO. Contigit Goæ, quam Lusitani metropolim imperij in India Orientali habent, ut à meridie Proregem aditurus, in viam sedaret Xaverius. Sed abstractâ à terrenis per Meditationem mente, varias urbis pererravit plateas, donec appetente nocte, admonitu comitis ad se redijt & aberrare aliquando sensit. Tum ad socium conversus; Alio die, inquit, cum Prorege agemus; hunc enim diem sibi DEUS vendicavit. *Thursellinus in Vita lib. 3 c. 14.* Felices dies, qui sic impenduntur DEO! Quàm non inanes, sed opulento alveo fluunt

in Oceanum beatæ æternitatis; & in  
pias mentes refundunt rivulos quosdam  
cœlestis voluptatis!

Tam avidæ, famelicæ & sitibundæ  
sunt hujusmodi Meditationum animæ,  
quæ aliquando gustarunt, & viderunt,  
quàm suavis sit Dominus: ut non modò  
ingens occurrentium variorum obje-  
ctorum turba ipsas non impediât:  
verùm etiam ad quævis ingruentia  
incommoda, detrimenta, imò & tor-  
menta quodammodo insensibiles sint,  
præterquam dum à mentali oratione  
avocantur. Consummatâ virtute tyro  
Societatis, Beatus Stanislaus Kostka,  
ita ad omnem Superiorum nutum se  
exhibebat morigerum, promptum &  
alacrem: ut nihil unquam ei obla-  
tum fuerit difficile; nemo viderit te-  
tricum aut tardum; imò elogium  
*Omnipotentis* meruerit apud Rectorem  
suum Julium Fatium. Cùm verò va-  
letudinis causâ temperare ejus inten-  
tam assiduè in DEUM cogitationem,  
necesse foret: eamque ob rem jussus;  
esset spatia orandi contrahere; visus est,  
eâ

per piam

eâ superioris di-  
dum enim va-  
Juveni: in eum  
mente, quem o-  
sisset Virgo Ma-  
roica indole,  
tati tam placi-  
ejus perpetua  
nullatenus com-  
bist. Soc. lib 4

Non dissim-  
Veteranus in  
ciscus Borgia.  
valetudinis ejus  
admodum attri-  
Religioso. V.  
Franciscus pr-  
in ijs, quæ ad  
pertinebant,  
Moderatorem  
ras aliquot in  
Marcus moneba-  
de querulus rog-  
sneret. Oratio  
bat centrum: i-  
ita quiescebat in

eâ superioris dispositione tangi. Arduum enim valde videbatur Angelico Juveni: in eum non esse assidue fixum mente, quem olim ulnis suis commisisset Virgo Mater. Sed qua erat heroica indole, mox illi Rectoris voluntati tam placidè acquievit: ut animi ejus perpetua beataque tranquillitas nullatenus commoveretur. *Sacchinus hist. Soc. lib 4 n. 82.*

Non dissimulavit similem sensum Veteranus in Christi militia S. Franciscus Borgia. Commendata erat cura valetudinis ejus, multâ mortificatione admodum attritæ, Marco cuidam laico Religioso. Venerabatur hominem. Franciscus promptissimâ obedientiâ in ijs, quæ ad corporis valetudinem pertinebant, non aliter ac summum Moderatorem. Ubi tamen, post horas aliquot in Oratione consumptas, Marcus monebat; ut desisteret! blandè querulus rogabat; *ut diutulè adhuc sineret.* Orationem enim suam vocabat centrum: ita ferebatur ad illum; ita quiescebat in illa, & ægrè avellebatur

batur ab eadem. *Idem lib. 8. n. 137.*  
 Degustant nimirum in ea animæ DEO  
 devotiores absconditum quoddam man-  
 na, quod illis inducit grave aliarum  
 cogitationum fastidium. Quod quia  
 delibavit etiam Vir secundum cor DEI,  
 fastidians cætera, *Meditatio*, inquit,  
*cordis mei in conspectu tuo semper*,  
 Psal 18. 15. Etiam inter negotia re-  
 gni, etiam inter expeditiones belli;  
 tam in strato meo, quàm in vijs omni-  
 bus, *Meditatio cordis mei*, non minus  
 affectuosa, quàm attenta, *in conspectu*  
*tuo semper.*

Quod attinet ad Materiam Medita-  
 tionis: ea sumi potest sive ex Perfe-  
 ctionibus Divinis; sive ex Mysterijs  
 Fidei Christianæ, sive ex Vita Salva-  
 toris nostri DEI, præsertim Itineran-  
 tis; sive ex Virtutibus, quibus ege-  
 mus; sive vitijs, in quæ his circum-  
 stantijs pronior est lapsus; sive ex ob-  
 jectis occurrentibus, montibus, campis,  
 agris, fluminibus, &c. &c. ascendendo  
 ex illis ad DEUM, & moralia quædam  
 ad usum nostrum decerpando; sive ex  
 Bre-

per Sacrifici

Breviario meo  
 os Anni dies sup  
 e DEO, JESU &  
 rvere poterunt:  
 a singulos hebdo

DISTR

Per Sacrifi

Acrificium, c  
 Majestati sup  
 inus solatii &  
 iam sacri horro  
 tim incruento

ortem DEI-H  
 petitam: imò v  
 ur Christus; at  
 arysofomus lib  
 ucus altari vicin  
 oris in honore

ce unde horro  
 re plenus; ut m  
 emendum Myster  
 m Trident. Sess  
 am totum, quod  
 ificio agitur, ag  
 mnum, & DE

lib. 8. n. a animæ D quoddam m rave aliaru Quod q dùm cor D ztio, inqu tuo semp negotia tiones bel in vijs om , non min in conspe am Medit ve ex Perf x Mysteri Vita Salv im Itinera quibus ego his circum sive ex ob bus, campit ascendend lia quædan do; sive e Bre

Breviario meo Ascetico, ubi in singulos Anni dies suppeditavi Meditationes de DEO, JESU & MARIA Denique servire poterunt: quas infrà hic trado in singulos hebdomadæ dies.

D I S T R A C T I O III.

Per Sacrificium Divinum.

**S**Acrificium, quod in Lege Gratia Majestati supremae offertur, non minus solatij & liquidissimæ voluptatis, quàm sacri horroris plenum est. Cùm enim incruento modo repræsenteret Mortem DEI-Hominis in ara crucis oppetitam: imò verè & propriè immoletur Christus; atque, ut observavit S. Chrysostomus lib. 6. de Sacerdot. c. 6. *Locus altari vicinus plenus sit Angelorum choris in honorem illius, qui immolatur:* Ecce unde horror, reverentiâ & terrore plenus; ut meritò Actionem hanc *Tremendum Mysterium* appellet Concilium Trident. Sess. 22. Ex alia parte, cùm totum, quod in tremendo hoc Sacrificio agitur, agatur non solum ad summum, & DEO dignum cultum. dese-

rendum: sed etiam ad supremam illam Majestatem, innumeris, nec levis noxis nostris offensam, nobis conciliandam, placandam & propitiandam; insuper ad necessarias nobis varias gratias efficaciter impetrandas; ecce unde solatium. Deniq; cum Divinum Christi Corpus & sanguis, dum Sacerdos facit ad aram, non solum habeat rationem Sacrificij, sed etiam *Sacramenti*, in refectionem animarum nostrarum instituti; ecce unde liquidissima, copiosissima & planè Divina voluptas! Quidni igitur oblatio talis tantiq; Sacrificij dici, & esse possit Itinerantium pia quædam & jucundissima Distractio.

Hinc Divini cultus studiosiores, animabus juyandis addictiores, & lucrorum suorum spiritualium magis avarici Viatores, non facilè committunt; imò omni diligentia contendunt: ne dies aliqua ipsis transeat, non factò, aut non audito, ubi possibile est, Sacro. De S. Francisco Salesio testatur Episcopus Ebroicensis in ejus Vita; eum quotidie, etiam in Itinere, solitum facere.

per piam Med  
re ad aram, qu  
uea, nec levia c  
enta De S. Car  
Episcopus Nov  
r. 7. cap. 13 M  
inquam omisit n  
que non quavis,  
la perpetua S. C  
ne observata, id  
desultibus persuas  
canenses. Unde  
crisset: Episco  
ere, sed alteri  
flam; serio ro  
erdicto Ecclesia  
rare Missam? F  
s Divinum hoc  
in Sacello do  
Ecclesijs prop  
ta. In itinere v  
& comitibus sui  
eli venia à sum  
tave hora ante au  
sa, mature divi  
perveniante aliq  
stea, Idem lib.

suprema  
ris, nec le  
nobilis co  
propitiand  
s varias gu  
; ecce un  
inum Ch  
n Sacerd  
habeat rat  
Sacramen  
nostraru  
ssima, cop  
volupta  
s antiq; S  
inerantiu  
Distracti  
iosiores,  
es, & lucr  
magis ava  
ittunt; im  
t: ne di  
facto, a  
est, Sacre  
statur Ep  
Vita; eun  
solutum f  
cer

cerē ad aram, quantumvis sæpe non  
pauca, nec levia occurrerent impedi-  
menta De S. Carolo Borromæo scri-  
bit Episcopus Novariensis in ejus Vita  
libr. 7. cap. 13 Missæ Sacrum facere  
nunquam omisit nisi morbi necessitate,  
eâque non quavis, sed summâ coactus.  
Quâ perpetuâ S. Cardinalis consuetu-  
dine observatâ, idem de aliis quoque  
Præfulibus persuasum habebant Medi-  
olanenses. Unde cùm non nemo ad-  
vertisset: Episcopum quendam non  
facere, sed alterius Sacerdotis audire  
Missam; seriò rogavit: an is Præsul  
interdicto Ecclesiastico vetaretur ce-  
lebrare Missam? Faciebat autem San-  
ctus Divinum hoc Sacrificium non fa-  
cile in Sacello domestico, sed in publi-  
cis Ecclesijs propter ejusdem dignita-  
tem. In itinere verò, impetratâ pro-  
se & comitibus suis Sacerdotibus, spe-  
ciali veniâ à summo Pontifice, unâ al-  
terâve horâ ante auroram dicendi Mis-  
sam, maturè divina expediebat: ne  
superveniente aliquo obice arctaretur  
postea, *Idem lib. 3. cap. 3.* Cardinali  
Stani-

Stanislao Hofio, viro non minùs sanctitate quàm dignitate & Doctrinâ eminentissimo, eadem consuetudo fuit. Teste Rescio in Vita c. 16. & 19. usque ad decrepitam ætatem Missam dicebat quotidie, vel audiebat, etiam in infirmitate. Quamobrem in ipso sæpe diluculo, qualecunq̃ tandem cœlum esset, ad Ecclesiam accedere consueverat. Ante missam nullis unquam negotiis operam dare volebat: solè meditationi vacabat, reliquis omnibus curis & cogitationibus animo pulsis.

Non minor cura fuit quotidiani Sacrificij sancto Francisco Borgia; de quo tradit Sacchinus tom. 3. lib. 8. historiam Societatis, quòd Sacramentalem Communionem nullo unquam die ab inita Societate, nec valens, nec æger prætermiserit: quàmvis multis & longinquis arduisque itineribus sæpe impediretur. Sacrificij verò celebrandi tam fuit studiosus in itinere: ut illius causâ gravè non duceret; unam alteramve leucam à via deflectere, vel locis de cæteris parum commodis pernoctare. Cùm

per Sacrifici  
 us nullo mo  
 futuæ suæ m  
 d in via aliter  
 intrare non  
 coniter innu  
 saularis potes  
 d. insinuando  
 p. Franciscu  
 n. è Societate  
 itinerebus  
 hoebat, via  
 p. ducere: ad  
 finia Ulyssip  
 p. festo quàm  
 sim millia,  
 n. scisceretur,  
 ri. Massejus  
 I. om dicenti  
 optidie Sacr  
 N. nime. Qu  
 p. nior est solat  
 ti. carere cog  
 L. hn tit. Sac  
 h. nc esse spir  
 n. runt Viri d  
 S. Andreas A



non minus aliàs nullo modo pateretur secularis  
 & Doctrinæ fortunæ suæ mentionem fieri; si quan-  
 consuetudo do in via aliter copiam faciendi sacri  
 16 & 19 impetrare non posset: tum denique  
 Missam di comiter innuebat socio; *tempus esse*  
 etiam in *secularis potestatis auxilium imploran-*  
 in ipso sap di, insinuando: quis olim fuisset.

P. Franciscus Suarez primi nomi-  
 nis è Societate JESU Theologus, cùm  
 in itineribus versaretur; nihil pensi  
 habebat, viæ spatium Sacrificij causâ  
 producere: adeò, ut aliquando in Lu-  
 sitania Ulyssiponem inter ac Eboram,  
 profesto quàmvis die ad duodecim pas-  
 suum millia, sacrificandi ut copiam  
 nancisceretur, recto à tramite abscesse-  
 rit. *Massejus in ejus vita cap. 20.*  
 Idem dicenti cuidam, laboriosum esse,  
 quotidie Sacrum facere, respondit:  
*Minimè. Quæ enim alia hora in vita*  
*plenior est solatij & voluptatis? Eâ quo-*  
*ties carere cogor: planè exarescit animo,*  
 Lohn tit. Sacrificium. Apostolicum  
 hunc esse spiritum & morem, probe  
 nôrunt Viri divino cultui addictiores.  
 S. Andreas Apосто: cùm ab Ægea ty-  
 ranno

46. *Distractio III*

ranno urgeretur, ut dijs sacrificari  
respondit: *Ego quotidie sacrifico Omni-  
potenti DEO, non boves & oves, sed  
agnum immaculatum &c.*

Quod genus obsequij non raro per-  
civit Divinæ Majestati prodigiosis gra-  
tiis compensare. S. Isidorus rurico-  
impetraverat à Domino suo, ut qui-  
tidie Divino Sacrificio interesse possit  
interim autem Angeli pro eo glebas  
versabant aratro. Waltherus à Bala-  
bach, nobilis Belga, pietate eximius  
pro solempni hastiludio in civitatē pro-  
fectus, in itinere divertit ad Ecclesiam  
siam, more suo Missam auditurum.  
Cum verò etiam alteri sacrificio in-  
tentus moras traheret: Angelus eius  
speciem indutus, magno cum plausu  
loco Waltheri conflixit. Sacerdos ille  
cra loca in Palæstina visitans, dum  
focij maturantes iter digrediuntur  
perstitit solus Divinamq; hostiam im-  
molavit. inde iter ingressus, ab ob-  
vio equite rogatus est, ut pone se-  
scenderet eqvum. Ascendit: & e-  
dem die ante fores domûs suæ, licet  
long

*Per Sacrifici-*

longissime diffin-  
erat. lib. 2. apum

ta sacrificij cau-  
compendium.

insu, hora pasce-  
st dispendium i-

ua impenditur  
olendo Deo?

Magnum tem-  
restita pretium

trilli, nobilissim-  
ano adolescens

templum Don-  
ana S. J. die,

a vacabat à stuc-  
otem accinctum

am, sed ministr-  
e, destitutum.

rt operam suam  
iter abnuit, præ-

rdius venturum  
m relaxationi

am ipse in Miss-  
olixus esset. S.

us adolescens, p-  
cunctantem d-

longissimè distitæ, substitit. *Canti-  
prat. lib. 2. apum. ca. 40.* Sic mora fa-  
cta sacrificij causâ, magnum est viæ  
compendium. Communi hominum  
sensu, hora pascendis jumentis data non  
est dispendium itineris: quantò minùs  
quæ impenditur reficiendæ animæ, &  
colendo Deo?

Magnum tenuis opellæ 'ad aram  
præstitæ pretium tulit Franciscus Ma-  
strilli, nobilissimus in regno Neapoli-  
tano adolescens. Venit is aliquando  
in templum Dômûs professæ Neapoli-  
tanæ S. J. die, quo juvenus litera-  
ria vacabat à studijs: offenditq; Sacer-  
dotem accinctum ad Sacrum facien-  
dum, sed ministro, ut subinde fit tali  
die, destitutum. Ergo liberaliter of-  
fert operam suam. Sed Sacerdos co-  
mitter abnuit, prætendens; Franciscum  
tardiùs venturum ad villam, animo-  
rum relaxationi destinatam; maximè  
cùm ipse in Missa facienda admodum  
prolixus esset. Sed his non absterri-  
tus adolescens, proposito suo insistit,  
& cunctantem deducit ad aram. In

*Memem-*

Memento igitur ministrum tam officio  
 sum & religiosum remuneraturus ce  
 lebrans Sacerdos instat ferventiùs a  
 pud Deum: ut tam piam promptamq;  
 sibi præstitam operam ( non sine infi  
 gni sui victoria ) speciali aliquo fa  
 vore remunerari gratiosè dignetur.  
 Auditus est. Nam Mastrillus Socie  
 tatem ingressus, post multos annos Su  
 periorum dispositione, & Sancti Xa  
 verij manifestâ invitatione in Japo  
 niam profectus ( ubi pro fide casu  
 occubuit ) cùm Goæ in India ante se  
 pulchrum S. Xaverij orans, miraretur  
 unde sibi ea gratia obvenisset, ut præ  
 reliquis, se longe melioribus, magisq;  
 idoneis, ipse Missionem Japonicam  
 obtineret? Respondit ei Sanctus  
 id factum fuisse in remunerati  
 onem obsequii, quòd olim Neapoli  
 exhibuerat, offerendo se tempore in  
 commodo Sacerdoti in ministrum Di  
 vini Sacrificij *Mansi disc. 10. n. 1.*  
 non ergo est dispendiù ( iterù ingeminò  
 morula impensa cultui divino præfer  
 tim per oblationem hostiæ Divinæ.

Cate

Per Sacrif

Ceterùm

modi gratiæ c

e nobis debent

ui ex hoc Sa

ralissimè; d

inianus lib

ffò, inquit, v

no, quam locu

ij oblatione a

vritualia exu

er quippe pec

ffificatur ad

mulatur me

antur vitia,

antur, sana

biles refocilla

defuncti fidel

ur effectu.

na Bonitas i

na petentibu

na: quid nega

on fuit temer

na effusus Sace

imie virtutis

r: se vel uno

rare à DEO

*Per Sacrificium Divinum.* 49.

Cæterùm etsi extraordinariæ hujusmodi gratiæ deessent: abunde sufficere nobis deberent communes fructus, qui ex hoc Sacrificio percipiuntur liberalissimè; de quibus Laurentius Justinianus lib de Obedien: *Nullus profectò, inquit, valet humano explicare eloquio, quàm locuples fructus, quantave ex hujus oblatione atq; perceptione Sacramenti i* *Spiritualia exuberent dona. Reconciliatur quippe peccator DEO, Justus autem justificatur adhuc, letificantur Angeli, cumulatur merita, augètur virtutes, rescantur vitia, diaboli machinamenta superantur, sanantur ægri, eriguntur lapsi, debiles refocillantur, famelici saturantur, & defuncti fideles istius Sacramenti liberantur effectu.* Si enim exuberans Divina Bonitas multa & maxima etiam non petentibus & indignis largitur dona: quid negabit offerenti Christum? Non fuit temerarius, aut per jactantiam effusus Sacerdos è Societate nostra eximiæ virtutis, qui ingenuè fatebatur: se vel uno Sacrificio oblato, impetrare à DEO quod vellet.

Sed demus: nihil omnino commodum in particulares personas nostras redundare ex Opere hoc Divino. Numquid homines divino cultui specialiter addicti, & ad id muneris consecrati, perpetuoq; caractere insigniti, fraudabimus per negligentiam nostram, vel per modicum aliquod impedimentum, Supremam Majestatem cultu, quem solum & unicum à nobis habere potest dignum se? Fraudabimus Divinarum Personarum Triadem illa suavitate & delicatissimo gustu, quem habet ex oblatione Sacrificij hujus? Fraudabimus Ecclesiam Triumphantem in cælis hoc Epulo, Militantem in terris hoc præsidio, Patientem in expiatorijs flammis hoc refrigerio?

Ab sit à quovis cordato DEI cultore tam turpis incuria. Quin potius desiderio desideremus cum Christo Redemptore offerre, & manducare hoc Pascha; & coarctemur spiritu, donec perficiamus illud. Quod si quandoq; ejus copiam nullatenus habere possumus: ingemiscamus cum parvulis illis Thern: 2. qui fame sitiq; tabescentes,

per Sac  
Matribus su  
& triticum?  
Viatore, B.  
Patre cælesti  
in pias que  
quotidiano  
S Matthæu  
Cum enim r  
Viennâ Rom  
scepisset per  
viæ parten  
Pane fortiu  
Ingressus er  
bat, templ  
Sacrificium  
reficeretur.  
Sacrum face  
expetiit. Se  
eò quod ha  
Quo compe  
effusus lach  
ploravit.  
esse sustinuit  
ab hominibu  
gelicis man  
Epulum Div  
tò magis de

*per Sacrificium divinum.* 51

*Matribus suis dixerunt: Ubi est vinum & triticum? Effundamur cum pijsissimo Viatore, B. Stanislao Kostka, coram Patre caelesti, & DEI nostraque Matre in pias querelas: quod Pane nostro quotidiano supersubstantiali ( ut habet S. Matthæus c. 6 II. ) destituti simus. Cùm enim nobilissimus ille adolescens, Viennâ Romam admodum arduam suscepisset peregrinationem; notabilem viæ partem emensus, ne deficeret, Pane fortium animam reficere optavit. Ingressus ergo in vicinum, ut putabat, templum, Divinum expectavit Sacrificium: in quo Angelorum escâ reficeretur. Nemine comparente, qui Sacrum faceret, Communionem Sacram expetiit. Sed neque hujus copia facta, eò quod hæreticorum id fanum esset. Quo comperto, Stanislaus in amaras effusus lachrymas infortunium suum deploravit. At non diu infortunatum esse sustinuit providus DEUS: quod ab hominibus habere non potuit, Angelicis manibus iterum ei suppeditavit Epulum Divinum tantò dulcius; quanto magis desideratum, Sacchinus par. 3,*

hist. Soc. lib. 4. n. 59.

Nobis defectum opportunitatis Sacrum faciendi vel audiendi, utcunque compensare licebit, tum *Communione Spirituali*, ut vocant: id est desiderio fervente realis Eucharisticæ Communionis, ac simili, ut in illa solemus, animi præparatione ad percipiendos effectus illius: tum *Imitatione quadam Liturgiæ Ecclesiasticæ*; sive legendo, aut memoriter recitando devotè ea, quibus Missa (absque Consecratione) constat; v. g. Introitum, Orationes, Epistolam, Evangelium, Credo &c. sive nostris verbis eliciendo affectus & preces similes ijs, quæ in Missa adhibentur. v. g. Præparationem per Actus doloris & confessionis privatæ coram DEO: deinde Orationes aliquas, veluti collectas, fundendo: quibus etiam præmitti potest *Gloria in excelsis*; tum ex epistolis Sancti Pauli, & Evangelijs sententiam aliquam affectuose expendendo; post hæc Symbolum sive Apostolorum, sive Nicænum pronuncians, Offerendo DEO omnia, quæcunq; per

per Sac  
die Sacrifici  
luntate sacri  
esset. Deniq;  
Spiritualis,  
dam subjunt  
privatæ dev  
*Missa sicc*  
di Liturgia,  
tio panis &  
irrigua esse  
& consolari  
ara cordis  
Talem Miss  
aliquando v  
SU MARI  
eximie San  
raptu vidit  
tre sua, &  
rumque Ca  
de calo &  
larono cum  
diit quoq;  
solemne q  
ret. Mox  
pretiosissim



*per Sacrificium Divinum* 53

per orbem universum celebrantur eo die Sacrificia, unà cum prompta voluntate sacrificandi, si opportunitas esset. Denique instituat<sup>r</sup> Communio Spiritualis, & opportunæ preces quædam subjunctæ concludant Liturgiam privatæ devotionis.

*Missâ sicca* appellari solet hujusmodi Liturgia, in qua non fit Consecratio panis & vini: potest autem valde irrigua esse, cælitus demissis gratiarum & consolationû divinarû fluentis; si in ara cordis ferbuerit affecto devotionis. Talem Missam Christus ipse celebrari aliquando voluit à P. Dominico à JESU MARIA Carmelit. Discalce. Viro eximiæ Sanctitatis In quodam enim raptu vidit Christum D. cum V. Matre sua, & multa Angelorum, aliorumque Cælitum corona descendere de cælo & eum in splendidissimo throno cum Matre sua considerare. Audiit quoq; mandantem: ut Dominicus solemnem coram ipsis Missam celebraret. Mox ab Angelis sacris vestibus pretiosissimis indutus, Ss. JOSEphum

& Franciscum ut Levitas lateri suo assistentes habuit. Deductus à Ministris Angelis ad aram, cùm transiret thronum, in quo confederant JESUS & MARIA, vidit ipsos reverenter sibi assurgentes, Angelos autem & Sanctos profundâ submissione se venerantes, in documentum: quæ reverentia debeatur Sacerdoti Sacrificanti; & quàm graviter, ac religiosè ipse agere debeat, dum personam Christi repræsentat Peractæ ceremoniæ & orationes omnes absque Consecratione: siquidem Christus adfuit in persona propria. Communionem tamen Sacram Dominico dederunt Angeli sub speciebus panis: sanguis autem ex ipso Christi latere datus. Absolutâ Missâ ad fulgentissimum thronum à Ss Josepho & Francisco deductus fuit; eisdemq; impositum rursus Angeli & Sancti profundâ inclinatione sunt venerati. Christus verò humillimas pro ea dignatione agenti gratias, largam dedit benedictionem, monuitq;: ut humeros non uni, nec levi pararet cruci: siquidem

*per breves*  
dem ab ipsi  
torum. Ex  
no 1678. Qu  
fructuosum n  
ficiam Missæ  
seu externa  
ceptæ?

DIST

*Per breves*

*iones a*

**P**Lurim  
tis or

receptas à

tionem, quas

sim vocant,

c. 1. appella

borum: con

ario meo A

duplici cap

ciantur; &

imò sunt re

2. Quod no

fractionibu

nis. 3. Qu

conservand

*per breves Aspiraciones.* 55.  
dem ab ipso electus sit in salutem mul-  
torum. *Ex vita impressa Viennæ An-*  
*no 1678.* Quàm gratum est DEO, &  
fructuosum nobis, ipsum reale Sacri-  
ficium Missæ: quando vel umbra ejus,  
seu externæ ceremoniæ tam sunt ac-  
ceptæ?

#### DISTRACTIO IV.

*Per breves, sed affectuosas Aspiraciones ad DEUM & Sanctos.*

**P**Lurimum commendatas ab Asce-  
tis omnibus, & creberrimo usu  
receptas à Sanctis, hujusmodi Aspira-  
tiones, quas *Faculatorias orationes* pas-  
sim vocant, Tertulianus Tr: de Orat:  
c. 1. appellat *Orationes sine agmine ver-*  
*borum*: commendavi & ego in Brevi-  
ario meo Ascetico 31. Januarij, ex qua-  
druplici capite. 1. Quod facillimè eli-  
ciantur; & hominem non fatigent;  
imò sunt respirium quoddam fatigato.  
2. Quod non sint obnoxia tædio, di-  
stractionibus, & infestationibus dæmo-  
nis. 3. Quòd plurimum conferant ad  
conservandam memoriam Præsentis

DEI, & alendum ignem fervoremq; Charitatis erga ipsum. 4. Quòd valde conducant ad facilitandum & promovendū quarūmvis virtutum exercitium.

Unde tradit Cassianus lib.2. Instit: c. 10. veteres Ægypti Patres censuisse: *Vtilius breves orationes, sed creberrimas, fieri: ut frequentius Dominum deprecantes, jugiter eidem coherere possimus, animo & corde ipsi conjuncti: & insidiatis demonis jacula, quæ instigare nobis tunc præcipuè, cum oram9, insistit, succinet à brevitate vitemus.* Sic, addit S Joannes Climacus gradu 28. *uno verbo & publicanus ille ex Evangelio, & prodigus filius, DEUM sibi reconciliaverunt, unumq; fidele verbum salvavit latronem;* à Davide quoq; transtulit DEUS grande, idq; duplex, peccatum. Non quàm multa, sed quàm religiosa, & ferventia ad DEUM verba fundamus, refert.

Modus hic orandi vel maximè opportunus est turbâ negotiorum distractis, & Itinerantibus. Proinde Aspirationum & Orationum hujusmodi quasdam,

per br  
 quasdam, pr  
 modatas, hi  
 tes dabunt  
 universalem  
 N. Ignatij;  
 & illam Ca  
 nobiscum D  
 Dum ma  
 B. Ene  
 divo  
 us, & Spi  
 cum miser  
 Surgan  
 git Anima  
 Du  
 Indue m  
 cordie, ben  
 modestiã, p  
 charitate  
 Indue m  
 charitatis,  
 tionem sa  
 JESVM C

quasdam, præsertim Viatoribus accom-  
modatas, hîc subjungere iuvat. (Plu-  
res dabuntur infra parte 2.) præter  
universalem illam Apostoli & S. Pat.  
N. Ignatij: *Ad Majorem DEI Gloriam:*  
& illam Cardi. Stanislai Hosij; *Mane*  
*nobiscum Domine.*

Dum manè è somno evigilam9.

**B**enedicta sit S. Trinitas & in-  
dividua Unitas, Pater, Fili-  
us, & Spiritus S. quia fecit nobis-  
cum misericordiam suam.

*Surgam: & queram quem dili-  
git Anima mea. Can: 3.*

Dum nos vestimus.

*Indue me, Domine, viscera miseri-  
cordie, benignitatem, humilitatem,  
modestiã, patientiã, & super omnia  
charitatem. Coloss. 3.*

*Indue me Domine, loricã fidei &  
charitatis, & galeã spei, in acquisi-  
tionem salutis, per Domi. nostrum  
JESVM Christum. Thess. 5.*

Dum nos lavamus.

*Amplius lava me Domine ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Psalm. 50.*

*Cor mundum crea in me DEUS: & Spiritum rectum innova in visceribus meis. Ibid.*

Dum iter aggredimur.

*Prosperum iter faciat nobis DEUS salutarium nostrorum. Psal. 67.*

*JESUS & MARIA sit nobiscum in via.*

Dum Cælum aspiciamus.

*Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutū! Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Ps. 83.*

*Tui sunt cæli, tua est terra. Ps. 88.*

*Adjutorium nostrum in nomine Domini: qui fecit cælum & terram. Psal. 123.*

In conspectu Solis.

*Vas admirabile: Opus excelsi!*  
Eccli-

per bre

Eccli: 43.

dior, qui f

A Solis or

dabile nomi

In co

Benedic

Laudate &

facula. D

Pulcra

MARIA

In co

Laudate

& lumen.

Benedic

Dan. 3.

In

Domini

ejus, orbis

tant in eo.

Quid m

quid volui

*per breves Aspirationes.* 59

Eccli: 43. Quàm longè splendidi-  
or, qui fecit illud?

*A Solis ortu usq; ad occasum lau-  
dabile nomen Domini.* Psal. 112.

In conspectu Lunæ.

*Benedicite sol & luna Domino:  
Laudate & superexaltate eum in  
secula.* Dan. 3.

*Pulchra ut luna, electa ut Sol*

*MARIA.*

In conspectu Syderum.

*Laudate Dominum omnes stelle  
& lumen.* Psal. 148.

*Benedicite Stelle celi Dominum.*

Dan. 3.

In conspectu terræ.

*Domini est Terra, & plenitudo  
ejus, orbis terrarum, & qui habi-  
tant in eo.* Psal. 23.

*Quid mihi est in celo: & à te  
quid volui super terram?*

In Conspectu Montium.

Benedicite Montes & colles Domino: Benedicite universa germinantia in terra Domino. Dani. 3.

Quis ascendet in Montem Domini? aut quis stabit in loco Sancto eius? Psal. 23.

In conspectu Camporum.

Ascendunt montes & descendunt Campi, in locum, quem posuisti eis. Psal. 103.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & Campi tui replebuntur ubertate. Psal. 64.

In conspectu Aquarum.

Benedicite fontes Domino. Da. 3.

Benedicite cete, & omnia, quæ moventur in aquis Domino.

In conspectu Avium & Pecorum.

Benedicite omnes volucres calis Domino. Laudate & superexaltate eum in secula.

Bene-

per bre  
Benedic  
Domino:  
In con  
Benedic  
no: Lauda  
Benedic  
nedicite s  
Domino. I  
Ante  
Beati q  
regno cal  
Sitivit  
fontem vid  
A  
Salva  
custodi no  
mus cum  
in pace. E  
EXimius  
rationib  
Faber, prin  
us: de quo  
dicitur: Qu



*per breves Aspirationes.* 61

*Benedicite omnes bestia & peco-  
Domino: Laudate & c. Dan. 3.*

*In conspectu Hominum.*

*Benedicite Filij hominum Domi-  
no: Laudate & superexalt: & c.*

*Benedicite Servi Dñi Dño: Be-  
nedicite sancti & humiles corde  
Domino. Dan. 3.*

*Ante Cibum & Potum.*

*Beati qui manducant panem in  
regno calorum. Luc. 14.*

*Sitivit anima mea ad DEUM  
fontem vivum. Psal. 41.*

*Ante Somnum.*

*Salva nos Domine vigilantes:  
custodi nos dormientes: ut vigile-  
mus cum Christo, & requiescamus  
in pace. Ecclesia:*

**E**Ximius in hujusmodi affectib9, aspi-  
rationib9 & orationib9 fuit P. Petrus  
Faber, primus S. P. Nost. Ignatij Soci-  
us: de quo in ejus Vita lib 2. ca 2.  
dicitur: Quidquid videret, audiretque

lætum ac prosperum; erumpebat in voces confessionis ac laudis: cùm villarum amœnitatem, agrorum fœcunditatem, olivetorum speciem, vinetorum pulchritudinem oculis peregrinando lustrabat; erectâ protinus ad Deum mente, pro possessoribus ac dominis grates agebat; & pro iisdem petebat veniam, si fortè sui Largitoris obliti, unde bona illa acciperent, non sentirent. Sic ex aspectu creaturarum tam multâ varietate, tam vario usu conspicuarum, varia & efficacia habemus tum incentiva, tum fomenta piorum affectuum erga Deum.

## DISTRACTIO V.

*Per Colloquia Opportuna.*

**R**ectè dixit Terentius: *Facundus comes in via pro vehiculo est.* Sed advertendum: quòd sicut sermones institui possunt varij, læti & tristes, mundani & religiosi, boni & mali, pij & impij: sic ab itinerum comitibus varia nobis, aut ipsis à nobis, præberi possunt vehicula, quibus feramur  
vel

*per Collo*  
vel per spat  
arctam virtut  
vehamur ad  
*Mors & vita*  
net Spiritus  
frus Matt. 12  
*& ex verbis*  
solicitus orat  
dabit ori meo  
*mea signacul*  
*ipsis, & ling*  
maximè ne  
dia lingvæ,  
cum ad lev  
liberius & co  
re soleamus;  
monis mate  
civam vel  
contigit Er  
tonium Abb  
Conscend  
dam eremi  
te suo: ut  
rum Patriar  
atq; aliquid  
lisque exem

*per Colloquia opportuna.* 63

vel per spatiosam vitiorum, vel per arctam virtutum viam; ac tandem devehamur ad Cælum, vel Orcum. *Mors & vita in manibus lingvæ:* monet Spiritus S. Proverb. 18. Et Christus Matt. 12. *Ex verbis tuis justificaberis: & ex verbis tuis condemnaberis,* Unde sollicitus orat Ecclesiasticus. c. 22. *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculū certum; ut non cadam ab ipsis, & lingua mea perdat me?* In via vel maximè necessaria est accurata custodia lingvæ, & signaculum oris certum: cum ad levandas itineris molestias & liberius & confidentius cum socijs agere soleamus; & deficiente innoxia sermonis materiâ, pronus fit lapsus in nocivam vel certè infructuosam: prout contigit Eremicis quibusdam S. Antonium Abb. invisentibus.

Conscenderant navim Fratres quidam eremi cultores, cum sene Abbate suo: ut Magnum illum eremicolarum Patriarcham Antonium inviserent, atq; aliquid spiritualis doctrinæ, utilisque exempli, inde referrent. Post  
huma-

humanitatis mutua officia, quæ sivit Antoninis ex Sene: Abba; bonos habuisti Fratres ad comitatum? Sunt quidem boni, respondit ille: sed habitatio eorum non habet januam. Quicumq; enim vult, intrat in stabulum, & solvit abducitq; asinum. Hoc autem dicebat, notans garrulitatem eorum: quòd sine delectu de quibusvis rebus obvijs passim loquerentur? ideoq; orationum eorum assimilavit domui, seu stabulo non clauso. O quanta non raro mentis halat ex hujusmodi stabulis!

*Major in Spec. Exemp. dist. 2. Ex. 97.*

Alius inter ascetas Magnus, cum Fratres inter se de scripturis loquebantur, vidit Ss. Angelos illis adstantes, & plurimum se colloquijs illis oblectantes: cum autem aliud aliquid loquerentur; statim Ss. Angeli longius recedebant, & porci sordidissimi veniebant, volutabantq; se inter illos. Est enim spirituum immundorum voluptas in vaniloquijs, ne dicam turpiloquijs hominum.

Quàm verò grata sunt Christo, Domino

per Coll  
mino nostr  
ravit imprim  
Resurrectioni  
bit duobus  
maus. Nihil  
istam mereb  
& spei suæ:  
stos animos  
rultate, sed  
meruerunt &  
psius, & Scri  
& Eucharist  
manibus Do  
Wadingu  
annum 1212.  
ciscus spiritu  
tiam institui  
singuli ex  
rent; Christ  
cherrimi Juv  
atq; singulis  
sua magna vo  
Boverius q  
rum tom. 2.  
domum Cap  
Neapolitani,

per Colloquia opportuna. 65

mino nostro, pia colloquia: declaravit imprimis; quando ipsa gloriosa Resurrectionis die manifestum se præbuit duobus discipulis, euntibus in Emmaus. Nihil minus, quam gratiam istam merebantur illi ob defectum fidei & spei suæ: sed quia in itinere mœstos animos non recreabant vanâ garrulitate, sed pio de Christo sermone: meruerunt & visibilem præsentiam ipsius, & Scripturarum declarationem, & Eucharisticam Communionem de manibus Domini.

Wadingus in *Annal. S. Francis. ad annum 1212. n. 2.* refert: Dum S. Franciscus spiritualementem quandam conferentiam instituisset cum Fratribus, ita: ut singuli ex tempore aliquid pij dicerent; Christus Dominus in specie pulcherrimi Juvenis apparuit inter ipsos, atq; singulis mirâ benignitate & cum sua magna voluptate benedixit.

Boverius quoq; in *Annal Capuccinorum tom. 2. pag. 553. n. 8* scribit: Ad domum Caroli Filomarini, Nobilis Neapolitani, rus ad prædia sua curanda pro-

da profecti, duos Capucinos Fratres, eo absente, venisse; cùmque eum minime offendissent, spiritualia colloquia cum ejus uxore miscuisse. Interea Carolus è rure sub vesperum in urbem rediens, cùm primùm domui appropinquat, musicam harmoniam è domo erumpentem percipit. Mirabatur ille: quid intempestiva illa symphonia, eo præsertim absente, portenderet: eoque magis admiratio augebatur, quò propiùs accedens, ea clariùs ab eo audiebatur. Quapropter ocyus domùs gradus ascendit, atq; ubi in aulam pervenit, symphoniaeum chorum in uxoris cubiculo concinentem animadvertit: quo amplius stupens, statim cubiculum ingressus, bonos tantùm Fratres Capucinos cum uxore de rebus divinis colloquentes offendit. Quamobrem suspitione in voluptatem conversâ, ipse quartus pijs illis musicis accessit.

Cælesti musicæ epulum accedat cæleste. Pro more tyronum Societatis Jesu peregrinabatur cum socijs duobus

per Coll  
duobus Petrus  
paræ V. cultro  
tjjs cælitus h  
peregrinis pr  
illam ( Reg.  
accurate, qu  
colloquiis mole  
improvise adu  
na illusterrim  
venerandus, e  
in cujus vult  
videbantur.  
tores hoc ocu  
villæ: cænan  
cebris condita  
denique; qui  
grates? respo  
Societatem: &  
Anno dier. 7  
Alliciunt p  
pes ac cives: i  
consortio, &  
cælestisq; lin  
lud Christi: C  
gregati in non  
dio eorum, lo

*per Colloquia opportuna.* 67

duobus Petrus Bastus, eximius DEIPARÆ V. cultor, prodigiosis etiam gratijs cælitus honoratus. Præter alias peregrinis præscriptas Leges, etiam illam ( Reg. Peregr. 3. ) observabant accuratè, qua jubemur interdum *piis colloquiis molestias itineris levare*: & ecce improvisi adsunt illis comites, Matrona illustrissima, vir gravitate & ætate venerandus, cum Puero venustissimo, in cujus vultu Gratia omnes consedissee videbantur. Nec satis fuit pios viatores hoc oculorum oblectamento pavisse: cænam insuper cælestibus illecebris conditam præbuerunt. Rogati denique; qui essent: & quas optarent grates? responderunt: *Nos fundavimus Societatem*: & videri desierunt. *Nadasi Anno dier. mem. 1. Martij.*

Alliciunt pia Colloquia cæli Principes ac cives: ut hominum se misceant consortio, & frui gaudeant humanæ cælestisq; lingvæ harmoniâ; juxta illud Christi: *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum*, loquens eis *ad cor*, & colligens

gens de ore eorum favos mellis, botrosq; vini meracissimi Nam ut monet Sponfa Cant: 7. si sermo noster fuerit ex pietate, prudentia, & charitate ritè compositus: *erunt verba oris tui, sicut odor malorum; guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum:* in nos autem redundabit fructus Proverbio. 12. *promissus; De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis:*

Materiam pijs sermonibus suppeditat I. Ecclesiasticus cap. 9. *Omnis enarratio tua sit in Præceptis Altissimi.* Thesaurus indeficiens & pro contemplatione, & pro sermocinatione sunt Scripturæ Divinæ, in quibus nec apex est sine mysterio vel doctrina: & quò magis expenditur, eò plus reperitur ad expendendum & differendum. II. *Meditatio matutina:* in qua agnitæ ex lumine Divino Veritates, præsertim Practicæ, utilem præbent pio discursui materiam. III. *Objecta varia occurrentia* Ut enim homines garruli ex quibusvis rebus personisve obvijs sumunt

per Collo  
unt occasio  
ij, ut apicu  
unt capere  
ijs. IV. Am  
ILÆ. Cùm e  
s fit ignea;  
rumpit ident  
piria, & aspira  
lentes voces &  
manium D  
ructat verbu  
Luc. 6. Bon  
ordis sui profes  
nim cordis os  
tractanda, qua  
i enim per se  
ræmittatur In  
ermo talis ja  
ius, & apud  
mnia vilia cun  
ea atq; divina  
a 13. ep. 1. a  
hemoratu dig  
Deniq; Lector  
ica, etiam hi  
ommodam pr



*per Colloquia opportuna. 69*

munt occasionem ineptiendi: ita  
pij, ut apiculæ argumentosæ, nõ-  
runt capere argumenta discursibus  
pijs. IV *Amor DEI, JESU & MA-*  
*RIÆ.* Cùm enim omnis amor indo-  
lis sit igneæ: celari diu non potest.  
Erumpit identidem non solum in su-  
spira, & aspirationes; sed etiam in ar-  
dentes voces & sermones. Cor igitur  
amantium DEUM, J. & M. facilè  
eructat verbum bonum, juxta illud  
Luc. 6. *Bonus homo de bono thesau-  
cordis sui profert bonum: ex abundantia  
enim cordis os loquitur.* V. *Negotia*  
*tractanda, quantumvis temporalia sint.*  
Si enim per se honesta sunt, & pia  
præmittatur Intentio sermoni de ipsis:  
sermo talis jam non prophanus, sed  
pius, & apud DEUM meritorius est.  
*Omnia vilia cum charitate facta, sũt au-  
rea atq; divina:* inquit Anselmus in  
ca 13. ep. I. ad Cor VI. Quæ aliàs  
memoratu digna conigerunt in via,  
Deniq; Lectiones Spirituales & Histo-  
ricæ, etiam hic traditæ & tradendæ,  
commodam præbebunt occasionem ul-  
teriori

teriori diſcurſui: facileq; ſcriba doctus  
in regno cælorum addet de theſauro e-  
ruditionis ſuæ nova & vetera.

## DISTRACſTIO VI.

*Per pias Cantilenas.*

**U**Sum piarum Cantionum, præ-  
fertim Pſalmorum Davidicorū,  
æquè diſertè ac prolîxè commendat  
S. Chryſoſtomus, exponens Pſalmum  
41. Cùm DEUS vidiffet, inquit: mul-  
tos homines eſſe ſocordiores, nec ad  
legenda ſpiritualia libenter accedere,  
nec qui inde percipitur, laborem tole-  
rare: volens gratioſiorem laborem effi-  
cere, admiscuit Prophetiam melodiæ;  
ut omnes verſus numero compoſiti,  
cum magna animi alacritate ac prom-  
ptitudine ſacros ei hymnos emittant.  
Nihil enim animam æquè erigit, &  
alatam quodammodo efficit, & à terra  
liberat, & exolvit à vinculis corporis,  
& amore ſapientiæ afficit, & ut res  
omnes ad hanc vitam pertinentes ir-  
rideat, perficit: ſicut verſus modula-  
tus, & Divinum Canticum numero  
compo-

*per pi*  
compoſitum  
uſq; adeò dele  
nibus, & tant  
ſtudinem &  
infantes ab u  
ant, & afflic  
tur Nutrice  
geſtant in ul  
deutes, & q  
mina decant  
ita ſopiunt.  
atores meridi  
lia, hoc faciu  
leſtiam illis c  
ſolum viator  
uvas in torce  
antes, & vite  
aliud opus  
Nautæ quoq;  
faciunt. Jan  
& confuſa ſta  
ſape quidem  
autem etiam  
quandam mel  
autem faciunt  
& agricola &

compositum. Nostra certè natura usq; adeò delectatur canticis & carminibus, & tantam cum eis habet necessitudinem & convenientiam: ut vel infantes ab uberibus pendentes, si fleant, & afflicentur, ea ratione sopiantur. Nutrices quidem certè, quæ eos gestant in ulnis, sæpe abeuntes & redeuntes, & quædam puerilia eis carmina decantantes, supercilia eorum ita sopiunt. Quocirca sæpe quoq; Viatores meridie agentes jugalia animalia, hoc faciunt canentes, itineris molestiam illis canticis consolantes. Nec solum viatores, sed etiam agricolæ, uvas in torculari calcantes, vindemiantes, & vites colentes, & quodcunq; aliud opus facientes, sæpe cantant. Nautæ quoq; remos impellentes, hoc faciunt. Jam verò mulieres texentes, & confusa stamina radio discernentes, sæpe quidem & per se singulæ, sæpe autem etiam omnes concorditer, unam quandam melodiam concinunt. Hoc autem faciunt & mulieres, & Viatores, & agricolæ & nautæ laborem, qui ex opere

opere faciendo suscipitur, consolari volentes: utpote quòd anima, si carmen & canticum audierit, molesta & difficilia sit facilius toleratura. Quoniam ergo hoc genus delectationis est nostræ animæ valde cognatum & familiare: ne dæmones lasciva & meretricia cantica introducentes, omnia everterent; Psalmos DEUS opposuit, ut ex ea re simul caperetur voluptas & utilitas.

Hæc Chrysostomus. Pergit deinde svadere: ut etiam in convivij Psalmodiorum cantus adhibeatur: *ut si ex saturitate macula quedam in animam irrepserit; eam per illam modulationem abstergamus, & communiter omnes stâtes dicamus: Delectastinos Domine in factura tua; & in operibus manuum tuarum exultabimus.* Addit deinde: quòd si ob aliquam causam in aliquo loco vel tempore, non possumus voce canere: *in omni loco, & in omni tempore liceat mente canere.* Nam sive in foro ambulans, sive iter ingrediaris, sive cum amicis confideas: licet excitare animum

num, licet modo, quo Et tacitus clamaret. Et si fueris o sedens & opes sis: aut se hoc ipsum fa voce psallere: net. Non enim sed Deo: qui & in mentis Insuper alii nendi & Deo habere studeat recta rationi rò consonam si habueris; jueris. Hic non bis extensis, nullis instrumentis citharam, tificaveris, & ebrum concent. Itinerantibus modis psallere & mente dev

mum, licet vel tacenti clamare, eo modo, quo Exodi 14. v. 15. Moyſes tacitus clamabat, & DEUS audiebat. Et ſi fueris opifex, poteris in officina ſedens & operans pſallere. Et ſi miles ſis: aut ſedeas in iudicio: poteris hoc ipſum facere. Licet etiam ſine voce pſallere; cū mens intus reſonet. Non enim hominibus canimus, ſed Deo: qui poteſt vel corda audire, & in mentis noſtræ arcana ingredi.

In ſuper alium oſtendit modum canendi & Deo pſallendi: ſi nimirum habere ſtudeamus corpus concordans rectæ rationi ſeu animæ; animam verò conſonam voluntati Divinæ. Hoc ſi habueris: *juxta ipſum David ſtare poteris. Hic non eſt opus citharâ, neq; nervis extenſis, neq; plectro, nec arte, nec ullis instrumentis: ſed ſi veſis, te ipſum efficias citharam; cū carnis membra mortificaveris, & animæ cum corpore pulchrum concentum effeceris.*

Itinerantibus licet, omnibus his tribus modis pſallere; & voce ſonare, & mente devota & corporis mortifi-

74 *Distractio VI.*

catione; seu sensuum cum recta ratione consensione. Quæ harmonia, ut DEUM Divosque afficit jucundissimè; ita ipsismet nata est liquidissimam parere voluptatem cum insigni merito. In Revelat; S. Brigittæ lib. 4. ca. 32. DEIPARA V. dixit eidem de quodam, qui devoto cantu eam laudare solebat: *Dic illi; Deo placet coronas in cælo dare ipsi pro qualibet syllaba, quæ est in cantu: & dicetur de eo (quando cælum gloriosus ingrediatur; Ecce venit laudator.*

Habent igitur in more positum pij Viatores: ut non solum dicant, sed canant DEO Divisque laudes; & ut majore virium contentione glorificent Sospitorem ac Protectorem suum, Divosque Tutelares, De primis S. P. Nostri Ignatij Socijs, Parisijs Romam tendentibus, scribit Orlandinus lib. 1. hist; Soc: n. 3, *In ipso itinere vel ex Psalmis decantabant aliquid, vel de Deo agitabant inter se dulcia colloquia; atque hac perenni vicissitudine levabant tedia itineris.*

Materiam piæ modulatonis, præter Psal-

per Lec  
Psalms,  
pturarum,  
quos infi  
madæ die  
proprius  
poterunt a  
bus conv  
numeri. C  
cundè dist  
cunda dec  
lata: aud  
invitans d  
nostro, pla  
psallite. Q  
us: psallit  
DIS  
Per Le  
UTV  
get  
fixa: sic I  
phica con  
tatem & J  
te præfer  
prosequer

*per Lectionem Historicam. 75*

Psalms, & Cantica Divinarum Scripturarum, dabunt Hymni & Rythmi, quos infrà pro singulis hebdomadæ diebus suppeditabo. Qui si proprios non habuerint tonos: flecti poterunt ad normam eorum, cum quibus conveniunt in ratione metri, seu numeri. Cæterùm ut non solùm jucundè distrahamur; sed DEO sit jucunda decoraq; laudatio nostra modulata: audiendus sacer Psalter Psal. 45. invitans & admonens: *Psallite DEO nostro, psallite: Psallite Regi nostro, psallite. Quoniam Rex omnis terræ Deus: psallite sapienter.*

DISTRACTIO VII.

*Per Lectionem Historicam vel Geographicam.*

**U**T vinum generosum non indiget hæderà cellæ vinarie præfixâ: sic Lectio historica & Geographica commendatione prolixâ. Utilitatem & Jucunditatem suam quasi fronte præfert: nec plus requiritur ad eam prosequendam, quàm ut inchoetur.

Inchoata sic capit, tenetque ut magis  
 abrumpi debeat, quàm finiri possit.  
 Nec mirum. Est enim Historia juxta  
 Cicer. li. 2. de Orat: *Testis temporum,*  
*Lux veritatis, Vita memoria, Magistra*  
*vite, & Vetustatis nuncia.* Quid por-  
 rò jucundius ( ut nihil de Utilitate  
 dicam ) quàm elapsa tot sæcula quo-  
 dammodo, revocata cernere, Mundi  
 numerare ætates, annos & dies; quid  
 hoc illove sæculo vel anno actum, sine  
 labore discere; tot regnorum status,  
 imperiorum ortus & occasum, popu-  
 lorum varietatem & multitudinem ve-  
 lut uno intuitu complecti; præterita  
 cum præsentibus comparare, alieno  
 damno sapere, aliorum decora in pro-  
 pria emolumenta convertere, virtu-  
 tum vitiorumq; effectus velut in una  
 tabula conspicere? Quæ omnia, & his  
 longè plura, exhibet, docetque Histo-  
 ria & Geographia: nec alium, quam  
 sedulam Lectionem, requirit laborem  
 vel sumptum. Unde corporis vel ani-  
 mi ægritudine pressi, aut mole cura-  
 rum publicarum, vel insomnijs lassi,  
 maxi-

per Le

maximi p  
rem reperi

historica L

Distrab

pari volu

si feligatu

pascat cur

eruditione

faciendo c

Quanquan

occurret

factum, e

si volum

ineptè se

primum:

Si posteri

eundem l

Diodorus

lip: &amp; A

cogitari p

theatro, q

mirè insir

avorum s

temq; fieri

que ad m

re traduc



*per Lectionem Historicam. 77*

maximi principes vix alibi jucundio-  
rem reperiunt distractionem, quàm in  
historica Lectione.

Distrahet igitur etiam Itinerantes,  
pari voluptate ac utilitate; præsertim  
si feligatur historia, quæ non solam  
pascit curiositatem, sed unà cum nova  
eruditione instillet, augeatve pietatem,  
faciendo doctiores pariter ac meliores.  
Quanquam, si probè advertimus, vix  
occurreret nobis memorabile aliquod  
factum, ex quo proficere non possimus,  
si volumus. Vel enim præclare, vel  
ineptè seu nequiter, actum est. Si  
primùm: habemus quod æmulemur.  
Si posterius: cautos esse decet, ne ad  
eundem lapidem offendamus. Unde  
Diodorus Siculus in procem: Vit: Phi-  
lip: & Alex: *Nihil utilius jucundiusq̄,  
cogitari potest, quàm in humane vitæ  
theatro, quod Historia partibus omnibus  
mirè instructū habet, sedentem, periculis  
avorum sine suo periculo cautum, sapien-  
temq̄, fieri; exempla capere omnigena,  
que ad usum tuum utiliter qualibet in  
re traducas.*

Suppeditabo infra Patre 2. Lectio-  
nes aliquas Geographicas in ſingulos  
hebdomadæ dies. Hic unam alteram-  
ve hiftoriam in Diſtractionem & cau-  
telam Itinerantium ſubjungo.

Cardinalis Borbonius aliquando in  
Italiam proficiſcens, ad Alpium pe-  
dem ob nives denſiſſimas, plures dies  
coactus eſt in hoſpicio ſubſiſtere cum  
omni & quidem magno comitatu.  
Aperâ demum aliquantum viâ, abi-  
turus voluit, ut erat humanus, Car-  
dinalis hoſpiti loqui. Id fiebat ſub  
menſæ finem, cùm ejus eleemoſyna-  
rius, gratijs de more DEO actis, con-  
ſuetum etiam *Retribuere* ſubjungeret.  
Interim œconomus Cardinalis rogat  
hoſpitem, quantum pro hoſpicio de-  
beant. Ille negat ſe quidquam acce-  
ptare, idq; tam conſtanter: ut Cardi-  
nalis ratus latere arcanam cauſam, ho-  
ſpitem ad ſe evocârit, qui varias initio  
& officioſas cauſas prætexebat, tan-  
dem, cùm urgeretur, ſic ait: Ante  
annos aliquos duo Patres Capuccini  
divertebant: qui altero manè diſceſſuri  
con-

per Lec  
conjugi  
la ſua ei  
Retribuere  
dem acqui  
ens, indig  
eis palliu  
cùm in r  
acti, nullâ  
jiciens, m  
Fratres il  
vertantur  
reſtituunt  
eorum p  
am errat  
accipere  
in domo  
poſt men  
re &c.  
narius  
davit Ca  
ejus libe  
voto era  
poſtquam  
liberoru  
ac inter  
nij, ad

conjugi meae dixerunt: se pro symbola sua ei dare suum consuetum illud *Retribuere dignare &c.* Et uxor quidem acquieuit; ego verò superveniens, indignabundus eos insequor, & eis pallium aufero. Vix domum attigi: cum in maniam incido, instar furijs acti, nullâ mali remissione. Uxor conjiciens mali causam, equitem versùs Fratres illos expedit, rogatq;: ut revertantur. Redeunt: ac precibus suis restituunt me mihi. Ego autem ad eorum pedes supplex accido, ac veniam errati postulo; voveoq;: nunquam accipere pretium ab illo hospite, qui in domo mea ad gratiarum actionem post mensam diceret: *Retribuere dignare &c.* Quod quia etiam eleemosynarius iste fecit, voti teneor. Laudavit Cardinalis pietatem hospitis, & ejus liberalitatem acceptavit, quia ex voto erat. Sed hospes nihil perdidit; postquam enim numerum & ætatem liberorum ejus intellexit Cardinalis, ac inter eos esse filium melioris ingenij, ad studia nati: assignavit eidem

quingenta scuta annua, & usum fructum unius è beneficijs suis, ut in Collegio aleretur; pollicitus insuper illi plura præstiturum, si se habilem ad ea faceret. *Rho. lib. 3. c. 11. n. 4.*

Quàm pium ac salutare sit, in itinere subinde divertere ad ædes sacras viæ propinquas, DEUM, DEIparamve salutandi gratiâ: sequens docet eventus. Prope Culmam, oppidum in Bohemia, invaluerant latrones, non vi tantum, sed fraudibus etiam grassantes. Quando in pagis & civitatibus, more gentis, publicæ dabantur saltationes: aderant & illi honestissimo splendorq; vestitu personas honestas imò nobiles mentiti. Familiaritate cum puellis ditioribus contractâ per varia lenocinia, & liberalissima promissa, svedebant conjugium secum; nec paucis perſvadebant, opulenta sua patrimonia jactantes, credulas urgebant deinde: ut compactis in sarcinam pretiosioribus cimelijs, paternâ domo unâ cum ipsis profugerent, relictiis parentibus qui consensum licet non imparibus nuptijs,

nuptijs,  
pore non  
eâdemque  
magnâ or  
integras,  
jus cives  
calamitat  
& notitia  
bus peteret  
sione acce  
suam ad  
tam, rep  
num def  
param ite  
mum per  
tem subij  
(in qua  
in albo c  
Sacello re  
metu vic  
vorum ad  
ret. Anci  
tuculosi,  
ingressa,  
sed preces  
uscultas su

nuptijs, daturi non essent. Sic tempore non modico seducebant simplices, eâdemque operâ & deprædabantur, & magnâ orbitate affligebant civitates integras, præsertim Egram ita; ut ejus cives indictâ publicâ supplicatione calamitatem deprecarentur à DEO, & notitiâ aliquam de perditis filiabus peterent; quam tandem hâc occasione acceperunt. Vir nobilis domum suam ad pedem montis Culmensis sitam, repetens, ad Sacellum viæ vicinum deflexit, & post salutatam DEI param iter reassumpsit. At ubi domum pervenit, non sine dolore mentem subijt; quòd tabulam lusoriam (in qua rex albus in atro, & ater in albo campo depugnant) in dicto Sacello reliquerit. Nox erat: ideoque metu vicinorum latronum nemo servorum adigi potuit, ut tabulam referret. Ancilla tandem, objurgatis meticulosis, se se obtulit; & Sacellum ingressa, non solum tabulam recepit, sed preces etiam Virgini Matri longiusculas fundere non dubitavit. Cum

repente audito supervenientium strepitu, vix in angulum aliquem obscuriorem deflectens, vidit latronem unam cum virgine (quam cimelia in sarcinam congesta onerabant) ingressum in eandem ædem sacram. Imperat ille mox puellæ: ut ad mortem sine mora se disponat. Illa sponsum jocari rata, jocum reddit. At ubi seriorum agi didicit, quas quas poterat, adhibet blanditias, preces, & lachrymas, sed non profuturas. Ergo brevi oratione animam DEO & DEI paræ V. commendatâ, ejulantem foras trahit latro, & paucis inde passibus, cultro immanni jugulat. Quis animus fuerit ancillæ hæc omnia spectanti, non facile quis divinaverit: ex facto sequenti patet. Nam in præsentissimo vitæ periculo etiam furti cogitationem admisit: imò arreptâ unam cum tabula luforia, puellæ cæsæ sarcinâ, (quam latro tantisper in templo reliquerat, dum cadaver utcunq; tumularet) domum profugit, feliciterque pervenit, Superis tenebrisq; faventibus, latrone

verò

per Le

verò, ubi  
totis virt  
aulæ port  
nefarij, u  
tissimum  
imposuit  
eam de m  
non sunt  
is ipse, qu  
ano trag  
agere, &  
splendid  
fitam in  
procar  
cinam c  
cruento,  
raret cat  
illud ver  
bet, ut a  
ret. Fa  
quas men  
rabat lan  
pluribus  
nem capt  
viciniâ, n  
tronum

verò, ubi advertit abesse sarcinam, totis viribus insequente usq; ad ipsam aulae portam. Sic detecti homines nefarij, ut improvisò caperentur; altissimum domesticis omnibus silentium imposuit herus, dieq; designatâ publicam de more salutationē indixit. Adesse non sunt veriti etiam latrones: quin is ipse, qui recenter in Sacello Mariano tragœdiam dederat, choragum agere, & eandem illam ancillam in splendido vestitu ex composito expositam in theatro, solitis lenocinijs procarî capît. Non abnuît illa: sarcinam colligit & fugit cum sponso cruento, non ignara, quam herus pararet catastrophem. Ubi ad Sacellum illud ventum: impius sacrificulus jubet, ut antè, sponsam; se morti pararet. Facit illa non sine lachrymis, quas mentiebatur: jamq; cultrum parabat lanius; cùm ecce ex insidijs cum pluribus armatis profilit herus, latronem capit; & mox convocatâ armatâ viciniâ, mons totus in quo spelæa latronum erant, coronâ cingitur, sex

84 *Distractio VIII.*

supra viginti comprehenduntur & meritas dant pœnas. Inventæ ibidem sunt & fossæ duæ, altera opibus plena, altera cadaveribus. Pars opum, quæ discerni potuère, reddita dominis suis: ex residuis Sacellum Marianum in formam templi constructum, prodigiosis gratijs deinceps calitus honorati. *Gumpenberg in Atlante Mar: Imagine 47.* Hinc habent viatores, quod imitentur in sacrarum ædium visitatione; habent boni, unde gaudeant de V. DEI paræ protectione; habent mali, quod metuant ob vindicis Justitiæ executionem.

DISTRACTIO VIII.

*per Lektionem Libri Spiritualis.*

**A**postolus instruens Timotheum suum, primo loco commendat ei Lektionem Spiritualem I. Tim: 4. *Attende Lektioni, exhortationi & doctrinae.* Nam & utilissima est, & jucundissima tam legenti, quàm audienti. Expertus est liquidissimam ejus voluptatem S. Joannes Apoc. c. 10. quando oblatum

per Lec  
oblatum fl  
tantum, se  
nè devora  
nu Angeli?  
in ore meo  
Si tam  
profanorū  
reconditar  
grè avelli  
diorum, &  
reconditur  
ritualibus  
officina p  
pitant no  
tridam ole  
stium apo  
doctiores  
vire possun  
oni profan  
sed ea in  
nobis è m  
quibus spi  
Pelle luit  
S. Hierony  
onis avidi  
ctum. Ke



oblatum sibi librum non degustavit tantum, sed ejus dulcedine captus, plane devoravit. *Et accipi librum de manu Angeli: & devoravi illum: & erat in ore meo tanquam mel dulce.*

Si tam dulcis est Lectio librorum profanorum; ut qui voluptatem in ijs reconditam delibarent, ab ipsis ægrè avelli possint: quanto plus liquidiorum, & plane cælestium deliciarum reconditum sit oportet in libris spiritualibus, qui ex increata Sapientiæ officina prodierunt, & lectionem propinant non lutulentam vel carnem putridam olentem, sed aromatibus cælestium apothecarum conditam; unde & doctiores evadamus & saniores? Servire possunt equidem honestæ distractioni profani quoq; libri, si illimes sint: sed ea in illis tenenda moderatio; ne nobis è manibus expungant potiores, quibus spiritus instruatur & pascatur. Pelle luit, & quidem satis acerbè; S. Hieronymus nimiam profanæ lectionis aviditatem, & spiritualis neglectum. Rem describit ipsemet accurate

tè, in *Regul. Monast.*:

Cùm ante annos plurimos, inquit, domo, parentibus, fororibus, & quod his difficilium est, consuetudine lautioris cibi, propter cœlorum regna me castrarem, & Jerosolimam militaturus pergerem: bibliotheca, quam mihi Romæ summo studio confeceram, carere non poteram. Itaq; miser ego lecturus Tullium jejunabam. Post noctium crebras vigiliis, post lacrymas, quæ præteritorum recordatione peccatorum ex intimis visceribus fluebant, Plautus sumebatur in manus. Si quando in memetipsum reversus Prophetam legere cœpisssem, sermo horrebat incultus: & quia lumen cœcis oculis non videbam; non oculorum putabam culpam esse, sed Solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet: in media ferme Quadragesima medullis insusa febris, corpus invasit exhaustum, sine ulla requie (quod dictu quoq; incredibile sit) infelicia membra depasta est; ut ossibus vix hærerem. Interim parantur exequiæ, & vitalis animæ

per Lect.

imæ clamor  
cente, in fo  
culo palpita  
n spiritu, ac  
or; ubi tan  
um ex circu  
ris; ut pr  
aspicere no  
de conditio  
respondi.

*Mentiris, ait  
stianus. Ub*

*cor tuum*

verbera (n

scientiæ ma

mecum ver

no autem, q

tamen cœp

rere mei,

Hæc vox

Tandem ad

luti, qui a

veniam trib

ri locum p

deinde cru

quando lite

nimæ clamor, toto jam corpore frigescente, in solo tantum tepente corpusculo palpitabat: cum subito raptus in spiritu, ad tribunal Christi pertrahor; ubi tantum luminis erat & tantum ex circumstantium claritate fulgoris; ut projectus in terram sursum aspiciere non auderem. Interrogatus de conditione, Christianum me esse, respondi. At ille, qui præsidebat; *Mentiris*, ait: *Ciceronianus est non Christianus. Ubi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum.* Illico obmutui, & inter verbera (nam cædi me iusserat) conscientix magis igne torquebar, illum mecum versiculum repetens: *In inferno autem, quis confitebitur tibi?* Clamare tamen cœpi, & ejulans dicere: *Miserere mei, Domine, Miserere mei.* Hæc vox inter flagella resonabat. Tandem ad præsentis genua provoluti, qui adstiterant, precabantur: ut veniam tribueret adolescentix, & errori locum pœnitentix daret, exacturus deinde cruciatum, si gentilium aliquando literarum libros legissem. Ego  
qui

qui in tanto constrictus articulo, vellem etiam majora promittere, dejerare coepi; & nomen ejus obtestans, dice-re: Domine, si unquam habuero codices sæculares, aut si legero: te negavi. In hæc sacramenti verba dimissus, revertor ad superos, & mirantibus cunctis oculos aperui, tanto lacrymarum imbre perfusus; ut etiam incredulis fidem facerem ex dolore. Nec verò sopor ille fuerat aut vana somnia, quibus sæpe deludimur. Testis est Tribunal illud, ante quod jacui; Judicium testis, quod timui: Ita mihi nunquam contingat talem incidere questionem.

Notandum: quòd Hieronymus non lectitabat Nasonis Metamorphoses, & Artem amandi; nec in similibus paludibus piscabatur Veneres: non erat immersus Tacito, ut juxta ejus maximas explicaret Evangelium, formare Christianismum &c. crimen erat, *Ciceronianum* esse; id est, castigatissimo Authori immoderatum addixisse studium, & sacras asceticasq; neglexisse paginas.

per Lect  
inas. Ca  
a suas mo  
m livido te  
erval. Im  
omi reside  
istrum; qu  
iens, sacrã  
ilstrahebat;  
oni obtinuit  
appum habe  
gistrum. A  
nus, & Co  
hus ille in v  
ita qualis f  
ore profecti  
fione maner  
i nihil intel  
lectione; n  
erat. Inde  
Carolus Bor  
atis, visitat  
ebatq; appe  
bris plenum  
t in ejus Vi  
Porro cum  
ui itineranti

ginas. Cautus igitur probusq; Viator  
ita suas moderabitur Lectiones: ne o-  
lim livido tergo solvere cogatur mi-  
nerval. Imitabitur & iter faciens, &  
domi residens Æthiopum reginæ mi-  
nistrum; qui Act. 8. Hierosolymâ re-  
diens, sacrâ Isaïæ Prophetæ lectione se  
distrahebat; meruitq; legendo, quod  
non obtinuit orando, Apostolum Phi-  
lippum habere viæ comitem, fidei Ma-  
gistrum. Advertit ibid. S. Chryso-  
stomus, & Conc. 3. de Lazaro: *Si Eunu-  
chus ille in via præstitit diligentiam: co-  
gita qualis fuerit domi versans. Si tem-  
pore profectiois non sustinuit absq; le-  
ctione manere multò minùs domi sedens.  
Si nihil intelligens legebat, nec destitit  
à lectione; multò minùs postquam didi-  
cerat.* Indefessus hac in parte fuit S.  
Carolus Borromæus: qui etiam equi-  
tans, visitando Diœcesim, legebat; ha-  
bebatq; appensum ephippio sacculum,  
libris plenum, quos per vices legebat;  
ut in ejus Vita scribit Giufanus.

Porrò cum inter Libros Spirituales,  
qui itineranti serviant, opportunissimò

fit Libellus de Imitatione Christi, jam Thomæ Kemp: jam Gersoni Parisiensi adscriptus: ex eo Lectiones opportunas pro singulis Hebdomadæ diebus selegi ac infra suppeditabo. Tanti æstimavit illum quidam Maurorum, quos Algerianos vocant, Rex: ut cuidam è nostris PP. Algerij redemptionem captivorum promoventi, eundem in linguam Turcicam conversum ostentârît in Bibliotheca sua, affirmans: Pluris se se unicum illum facere, quàm omnes Mahometanos: teste *Henerico Sommalio in Epist. Dedicat. S. P. N. Ignatius*, ut accurratè observavit P. Lud: Conzalez, quotidie ante prandium Caput unum ex hoc libello legebat, eo quo disposita sunt ordine: post prandium alterum, quod fortuita Codicis apertio dabat; inveneniebatq; in eo semper materiam præsentî statui convenientem. Unde & socijs author fuit: ut familiarem hanc praxim haberent.

*Nunquam de manu tua & oculis tuis recedat Liber: monet S. Hieron: ep. ad Rustic:*

DISTRA-

DIS

er Converter  
am in

S I facu  
hicul

n conversa

quales Ant

turij) quibu

suavissimè.

rtineribus,

fionis; imp

manos, ad

nisi humani

veris, non

commoda.

prudens, qu

os, & jam

loctissima;

si; qui in v

Eccli. 45.

In divers

instruitur n

suppenditan

movent ince

tio cum con

## DISTRACTIO IX.

*Per Conversationem comem, & piam in diversoriis & viis.*

**S**I facundus comes in via pro vehiculo est: Candor & comitas in conversando, par cygnorum est (quales Antiquitas junxit curru Mercurij) quibus vehiculum hoc feratur suavissimè. Occurrunt non rarè in itineribus, & diversorijs lapides offensionis; impingimus in homines inhumanos, asperos & injuriosos; quos nisi humanitate & comitate conciliveris, non pauca devoranda sunt incommoda. Comitas est non minùs prudens, quàm speciosa Abigail; iratos, & jam in cædem ruentes, placare doctissima; similis thaumaturgo Moysi; qui *in verbis suis monstra placavit.* Eccli. 45.

In diversorijs subinde vel mensa non instruitur maturè, vel necessaria non suppenduntur, vel alia stomachum movent incommoda: comis conversatio cum comitibus itineris, cum alijs qui

qui ibidem reperiuntur, viatoribus, cum hospite & parvis ejus liberis, tollit moras, pellit tædia, conciliat amicos, acquirit necessaria, imò copiam rerum, juxta illud Eccli. 6. *Verbum dulcedine multiplicat amicos, & lingua eucharis bono in homine abundat.*

Incidimus subinde in homines, è quorum conscientia proscripta est cum Deo pietas: Comitās pia est sapiens illa Thecuitis, quæ novit proscriptos reducere in Jerusalem, & afflictis atque periclitantibus reddere visionem pacis. Sic reddidit in Belgio viro cuidam nobili & copulento, de quo *Crombetius lib. 2. de stud. perfect. c. 2.* Admiserat is facinus quoddam, quod prodere, & auribus confessarij committere, morte & damnatione æternâ pejus ducebat. Agitabat tamen conscientia hominem, & requiem nullam dabat. Inaudierat fortè Antverpiæ pro concione: neminem teneri ea peccata confiteri, quorum nulla esset memoria: hinc nihil non molitus est, ut peccatum illud è memoria deleteret. Ivit per varia volup-

statum gen  
mulans; ve  
et; vel ut n  
us vetus il  
vo pellere  
ijt ergo in  
psum relic  
trum & illic  
am applicu  
nt hominen  
ematica &  
nil profueri  
ta Contritio  
tis viribus in  
tasq; mortif  
largas ele  
ns conquies  
ppositum  
fer? Quan  
in diu à bon  
m conclusit  
re: atque in  
nsâ, domu  
nignissimam  
ntiam, incid  
s nostris. U



uptatum genera, scelera sceleribus ac-  
 umulans; vel ut antiquum illud obru-  
 ret; vel ut novis conscientiae tumul-  
 tibus vetus ille tumultus, quasi clavus  
 vivo pelleretur. Sed frustra omnia.  
 abiit ergo in exteras regiones, quasi  
 ipsum relicturus esset in Belgio:  
 erum & illic se reperit. Igitur ani-  
 mam applicuit studijs, quae totum pe-  
 rant hominem, ut sunt Disciplinae Ma-  
 thematicae & aliae affines: sed & haec  
 nihil profuerunt. Audit tandem pec-  
 cata Contritione deleri. Ergo in hanc  
 totis viribus incumbit, jejunia, cilicia,  
 aliasque mortificationes multiplicat, ad-  
 dit largas eleemosynas: nec sic ani-  
 mus conquiescit, quia deerat dolori  
 propositum confitendi. Quid agat  
 miser? Quanquam satis felix, quod  
 tam diu à bono DEO toleratus. Tan-  
 tem concludit, vitam violentè abrum-  
 ere: atque in eum finem rhedâ con-  
 versâ, domum tendit. In via, per  
 benignissimam DEI miserentis Provi-  
 dentiam, incidit in quendam è Patri-  
 us nostris. Ut igitur gravatum ani-  
 mum

ur, viatoribus  
 us liberis, to  
 nciliat am  
 no copiam  
 6. Verbum  
 lingua eu  
 dat.  
 omnes, è qu  
 ta est cum  
 est sapiens  
 proscrip  
 afflictis at  
 visionem pa  
 ro cuidam  
 rombetius lib  
 miserat is fa  
 dere, & au  
 tere, morte  
 ducebat. A  
 a hominem,  
 Inaudier  
 nione: nem  
 onfiteri, qu  
 ia: hinc ni  
 catum illud  
 per varia ve  
 lu

mum ejus colloquio levaret nonnihil, am ruminavit  
 invitat ad currum suum, urget, ac tan- rasiit Confes-  
 dem evincit. Pater, captâ comiter non ad facie  
 occasione, suaviter sermonem injicit t de singul  
 de DEO & Divinis, atque post alia ad tat; deniq  
 Confessionem delabatur. Tetigit ea emporis fa  
 vox ulcus hominis: & Quid ais? inquit. ent, rogat  
 Unde me nosti Pater? Cui iste: Nuf- cientiam di  
 quam te, Domine, vidi: sed nos de vidipiam no  
 more ejusmodi sermones miscere sole- e quâdam  
 mus. Si qua in re ope mea eges: pecies quat  
 præstò sum. Jueris? inquit ille; sed tum: ubi ve  
 quid si confiteri renuam? Advertit tem preme  
 Pater latere ulcus aliquod, sed adhuc miser, Illud  
 non satis maturum. Ergo cedendum tum, scelestu  
 tempori, & pio dolo utendum, ratus; non audeo.  
 spondet: se missâ Confessione reme- lud confessi  
 dium procuraturum. Arripit ille con- quàm ut ca  
 ditionem; ad omnia se liberalissimè nora & fid  
 offert, quantumvis dura: modò confi- gno suo sol  
 teri non cogatur. Interea ad aulam et felicitas,  
 cum pervenissent; jubet Pater libera- tentem itine  
 lius instrui epulum, & hilari mente, pertus quoq  
 qua maximè egebat, cœnare; omnia fructuosus su  
 deinceps fore expedita, juvante DEO. onditus. S  
 Nocte quietè transactâ, Functâ quæ- mendatiorem  
 dam

dam ruminanda ei obtulit; deinde  
sua sit Conscientiæ diligens examen,  
non ad faciendam Confessionem, sed  
ut de singulis gravioribus noxis do-  
leat; deniq; cum in sylvulam, quasi  
temporis fallendi gratiâ, progressi es-  
sent, rogat: An satis diligenter con-  
scientiam discussisset, ? Ne tamen fortè  
quidpiam non adverterit, suggesturum  
se quædam dicit. Recenlet igitur  
species quasdam graviorum peccato-  
rum: ubi verò id, quòd maximè homi-  
nem premebat, attigit; perturbatus  
miser, Illud est, inquit, illud truculen-  
tum, scelestum, infandum, quod eloqui  
non audeo. Tum Pater: Jam ait,  
illud confessus es; neq; alia re opus est,  
quàm ut cætera prodas. Fecit sine  
mora & fideliter; expertusq; est ma-  
gno suo solatio & commodo: quanta  
sit felicitas, in comem, pium, & pru-  
dentem itineris socium incidisse. Ex-  
pertus quoq; bonus Religiosus; quàm  
fructuosus sit sermo divinus humanitate  
conditus. *Qui dulcis est eloquio: com-  
mendatiorem reddit doctrinam.* Prov. 16.

Egregie

Egregiè in hoc dicendi agendique genere versati fuerunt primi S. P. N. Ignatij Socij, de quibus Orlandinus Hist. Soc: lib. 2. n. 4. scribit: *In hospitio mendicos, in itinere viatores instruebant.* Specialiter de P. Petro Fabro scribit lib. 3. n. 29. *Inter conjunctionem cum DEO atq; Cœlitibus, nullas prætermittebat occasiones serendæ pietatis, Indagabat vias omnes omnibus consulendi, & quocunq; ingrediebatur, omnem pÿ sermonis occasionem intentâ mente captabat; in omni congressu atq; convivu in circulis atq; conventibus, in templis ac foris, in domibus atq; vijs, in convivijs & itineribus.* Cavendum autem: ne dum homines comitate captare studemus; in absonas quasdam levitates delabamur; aut illis præbeamus ansam, aliquid incôveniens in præsentia nostra loquendi vel agendi familiaritate nimia pariente contemptum. Unde de eodem P. Fabro tradit ultra Orlandinus. *Jam inde à principio imperaverat sibi: ne quid in conventu hominum conniveret, ne quid dissimulareret; sed perpetuis de DEO, deq; virtute*

virtute colloq

eret; ut nec

vinus aliqui

liquem &amp; a

De S. Fr

avigante,

ita, cap. r

umque, qu

d mille cir

ratos mirifi

tionem: Era

aritas, om

edine allicie

gitÿs scelerib

orum viror

abhorrentes,

betudinem

baud rudis

standi, pau

uitos reflecte

Deniq; se

ere oportet

loff. 4. 6. S

sale conditus

teat vos unio

rit; Ut scilicet

virtute colloquiis, quid profiteretur, ostenderet; ut nemo se presente auderet, aut minùs aliquid prudenter facere, aut mollè aliquem & delicatum inferre sermonem.

De S. Francisco Xaverio in Indiam navigante, tradit Turfellinus libr. 1. vitæ, cap. 13. Eum nauticæ turbæ militumque, qui eâdem navi vehebantur, ad mille circiter capita, mores depravatos mirificè correxisse; redditq; rationem: Erat in Xaverio perpetua oris hilaritas, omnium animos comitatis dulcedine alliciens. Itaq; homines quoq; flagitijs sceleribusq; cooperti, vulgò à Religiosorum virorum consuetudine congressuq; abhorrentes, jucundissimâ Francisci consuetudinem expetebant avidiùs. Et ille haud rudis cujusq; generis animos tractandi, paulatim eos benevolentia delimitos reflectebat à vitijs.

Deniq; semper & ubiq; morem gerere oportet Apostolo monenti Coloss. 4. 6. Sermo vester semper in gratia sale conditus sit; ut sciatis: quomodo oporteat vos unicuiq; respondere. Duo requirit; Ut scilicet sermo noster, sive sæ-

98. *Distractio X.*

cularium sive religiosorum, sit *in gratia*; id est suavis & modestus; & insuper sit *sale* prudentiæ conditus; non mollis, ne dicam putidus; nec nimius vel intempestivus, aut inconveniens.

## DISTRACTIO X.

*Cum Sapientia & Providentia  
Divina.*

**I**ucundissima inter omnes hæc est Distractio: quæ vel sola sufficere posset omnibus itineris molestijs levandis, & animi tædijs depellendis cum omni curarum nimiarum agmine. Nam providentissimæ Sapientiæ Divinæ & sapientissimæ providentiæ, conveniunt eminentissimè omnia magnificentissima, & voluptatis intimæ plenissima elogia, quæ in Divinis literis dantur Sapientiæ. Ut Proverb. 8. *Melior est Sapientia cunctis pretiosissimis; & omne desiderabile ei non potest comparari* Et Sapi. 7. *Letatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista Sapientia.* - *Præposui illam regnis & sedibus, & divitias nihil esse duxi in comparatione illius.* &c.

Et

Cum S.

it c. 8. Non  
atio illius,  
ed letitiam  
nim ingru  
& calamita  
amatores si  
& victores  
capit. 10.  
Hæc profugu  
archam Jac  
& ostendit  
scientiam Sa  
boribus, & co  
de circumve  
honestum fe  
inimicis, &  
& certamen  
& sciret, q  
Sapientia.  
seph) non  
liberavit eun  
deam, & in  
donec affer  
Plura de S  
sunt in Br

Et c. 8. *Non habet amaritudinem conversatio illius, nec tedium convictus illius: sed letitiam & gaudium.* Quæcunque enim ingruant incommoda, pericula, & calamitates; ex omnibus vel eripit amatores suos, vel luctantes roborat, & victores coronat; prout ibidem. capit. 10. varijs exemplis declaratur. *Hæc profugum ira fratris Justum (Patriarcham Jacob) deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum, honestavit illū in laboribz, & complevit labores illius. In fraude circumvenientium illum adsuit illi, & honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, & à se ductoribus tutavit illum; & certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret, quoniam omnium potentior est Sapientia. Hæc venditum Justum (Joseph) non dereliquit, sed à peccatoribus liberavit eum: descenditq; cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni &c.* Plura de Sapientia Divina videri possunt in Breviario meo Ascet; part: 3.

De Providentia Part: 4.

Recentiorum benignissimæ Providentiæ exemplorum præsertim erga Itinerantes, pleni sunt libri, plena etiam hodie viventium memoria. Paucam tango. S. Petrus de Alcantara in itinere oppressus nocte, ne etiam nivendissimâ cadente opprimeretur, tugurium obvium ingressus est; sed cum hoc sine tecto esset, Divina Providentia nives supra ipsum per modum fornicis suspendit, servavitque indemnem. *Breviar. Rom. 19. Octob.*

S. P. N. Ignatius initio Conversionis suæ susceptâ in terram Sanctam peregrinatione, Venetias sub noctem appulerat, cumque ignarus lingvæ hominem non haberet, qui Xenodochium monstraret; decrevit in foro publico noctem agere. At Divina Providentia voce disertâ inter quietem, pijsimum urbis Senatorem, Marcum Antonium Trevisanum monuit: *Tu in molliculcitra & palatio noctem agis; Famulus & Amicus meus in foro sub dio?* Prosilijt ille, & repertum Ignatium humana-

Cum S.  
humanissim  
in Vita.

B. Stan  
mam pete  
ne ab inse  
textit; & f  
per Angelo

In Flan  
pecoribus  
dentes, in  
Veneris p  
tes, folici  
rant. Ill

præsidium  
Virginum  
Et ecce g  
videntiæ  
dehiscit,

finum r  
mox sup  
Milites in  
Divino p  
in sylvan  
nitentiæ

in B. V  
B. He



humanissimè domi suæ habuit. *Bartoli in Vita.*

B. Stanislaum Kostkam, Viennâ Romanam petentem, eadem Providentia, ne ab insequentibus agnosceretur protexit; & famentem Eucharistico epulo per Angelos refecit. *Sacchinus in Vita.*

In Flandria tres rusticas puellas cum pecoribus pascendis in campum procedentes, improvisò aggrediuntur tres, Veneris potius quàm Martis, Satellites, sollicitantq; ad scelus, imò vim parant. Illæ cum aliud non suppeteret præsidium, procumbentes in genua Virginum Reginae se commendant. Et ecce geminum benignissimæ Providentiæ miraculum. Terra sensim dehiscit, & puellis velut in maternum sinum receptis, viridissimo cespite mox supra earum capita coalescit. Milites impuri fulmina meriti, lumine Divino perfunduntur, atq; re enarratâ in sylvam se recipiunt condignos poenitentiae fructus acturi. *Atlas Marian. in B. V. Missinensi.*

B. Henrico Sufoni in quadam Apo-

stolica expeditione, cum nimium fessus progredi amplius non posset: suppeditavit Divina Providentia pulcherrimum equum, qui freno & sellâ instructus, è sylva cursu ad ipsum contendit, atq; ante virum DEI constitit velut invitans ad conscendendum. Actis DEO gratijs conscendit Henricus, & suavissimè portatus cum ad pagum quendam pervenisset, dimisit humanissimum bajulum: qui celerrimè ex oculis se subducens, docuit sessorem suum, unde venisset. *Surius in Vita.*

Quid? quòd eadem Providentia ipsos Orci satellites ad eam humanitatem compulerit: ut Joannem Parmensem Ministrum Generalem Ord. Min: cum socijs in sylva intempestâ nocte oberrantem, æde repentè excitatâ exciperent, pedes peregrinis lavarent, & lautâ coenâ famentes reficerent? *Vadingus in Annal. anno 1248.*

Anno 1570. ingens Oceani exundatio noctu hausit aliquot Fœderati Belgij insulas, & in sola Frisia 20. circiter

Cum Sa  
iter homi  
quentes mi  
fragij reliqu  
dam repere  
fele cunis a  
ut in sinu  
mientem. A  
Non del  
res sui ama  
Providentia  
entia Div  
conversati  
tos cum f  
jus projec  
cum illa c  
nore sua v  
1. Elev  
lam, &  
bem univ  
diffusa,  
disponit,  
ad finem  
suaviter.  
extollend  
etorum i  
rentium

ium fessus  
et: suppe-  
pulcherri-  
lla instru-  
contendit,  
velut in-  
ctis DEO  
& suavif-  
m quen-  
nissimum  
lis se sub-  
unde ve-

citer hominum millia. Per dies se-  
quentes missi cum cymbis, qui nau-  
fragij reliquias colligerent, in colle quo-  
dam repererunt Infantem, illuc cum  
sele cunis advectum, placidissimeq; ve-  
lut in sinu Providentiæ Divinæ, dor-  
mientem. *Engel'gr. Dom. 6. post Epiph.*

entia ip-  
umanita-  
Parmen-  
rd. Min:  
a nocte  
itata ex-  
arent, &  
t? Va-

Non deseret ergo etiamnum viato-  
res sui amantes eadem Sapientissima  
Providentia, & providentissima Sapi-  
entia Divina: si familiari cum ipsa  
conversazione uti voluerint, & se to-  
tos cum filiali fiducia in maternum e-  
jus projecerint sinum. Porro occupari  
cum illa confidenter poterunt, non mi-  
nore sua voluptate, quam commodo.

exunda-  
ati Bel-  
20. cir-  
citer

1. Elevando sapius mentem ad il-  
lam, & recolendo: quomodo per or-  
bem universum, caelestem & terrestrem  
diffusa, omnia & singula perlustrat,  
disponit, moderatur, attingens à fine  
ad finem fortiter, & disponens omnia  
suaviter. 2. Admirando, laudando, &  
extollendo ipsam ex occasione obje-  
ctorum in oculos aliosve sensus incur-  
rentium. 3. Exaltando & superexal-  
tando

tando eam super omnem creaturarum & creabilium mentium aciem, industriam potentiam & bonitatem. 4. Gratulando ipsi Identitatem cum reliquis omnibus perfectionibus Divinis: quòd non sit actus aliquis accidens DEO, sed verus & totus DEus. 5. Gaudendo: quòd in omni populo & in omni gente primatum habuit, & omnium excellentium & humilium corda virtute calcavit (Eccli: 24.) capiens astutos in astutia sua, & de stercore elevans pauperes, ut solium gloriæ teneant. 6. Desiderando: ut omni mundanâ sapientiâ extinctâ, omnia procedant ad nutum Sapientiæ & Providentiæ Divinæ. 7. Subijciendo ipsi plenè nostra omnia & nos ipsos. 8. Orando: ut nos deducat per vias rectas, tum ad terminum præsentis itineris, tum in domum beatæ Æternitatis.

Sic occupatis & distractis elabetur, non dubito, Iter sine tædio, & cum uberrimo meritorum proventu: nec fallemus tempus, sed ipsum unâ cum beatâ lucrabimur Æternitate.

HEBDO-

HEB

Piarum

DIST

Cum

DIES

DEO

ME

De Itiner

CON

vin

tra Infinit

Essentiæ D

incompre

A prima

omnium

cunda Vi



# HEBDOMADA

*Piarum & Jucundarum*

DISTRACTIONUM

*Cum DEO & DJVJS.*

DIES DOMINICA

DEO UNI-TRINO

Sacra

MEDITATIO.

*De Itineribus varijs Personarum  
Divinarum.*

I. **C**onsidera primum Iter Di-  
vinarum Personarum in-  
tra Infinitatem & Immensitatem  
Essentiæ Divinæ, per æternas &  
incomprehensibiles Processiones.  
A prima persona, prima rerum  
omnium Origine, procedit Se-  
cunda Viâ Intellectionis per ve-

E 5

ram

ram generationem, ut verum  
 VERBUM, pariterque ut propriè  
 Filius. Ab hac & prima procedit  
 Tertia, Viâ volitionis, ut verus  
 Amor, & utrique illi consubstan-  
 tialis Spiritus. Generationem il-  
 lius, & spirationem hujus quis  
 enarrabit? Credo, quod non ca-  
 pio. At à nobis quàm multa qui-  
 dem, sed inania & informia pro-  
 cedunt verba Mentis & Oris?  
 Quàm tepidum, ne dicam frigi-  
 dum, erga DEUM spiramus a-  
 morem? Quàm ferventem & in-  
 ordinatum erga creaturas?

II. **C**onsidera secundum Iter  
 Divinarum personarum  
 extra Essentiam Divinam (per  
 Creaturarum productionem) viâ  
 Omnipotentiae. Egressa est per  
 hanc, & se mundo spectandam  
 exhibuit Potentia Patris, Sapien-  
 tia

tia Filij, Bonitas Spiritûs sancti. Quàm potens, qui omnia produxit verbo? Quàm Sapiens, qui tam scitè digessit & gubernat omnia? Quàm bonus, qui tam liberaliter se communicavit omnibus? Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

III. **C**onsidera tertium Iter Divinarum Personarum viâ Charitatis; non solum quando propter nimiam charitatem suam descenderunt ad opus Redemptionis nostræ, carnem assumente Filio, Patris obumbrante virtute, Spiritu S. in Virginē superveniente: sed etiam dum nunc diligentes se gratiosissimè invisunt, juxta illud Joann. 14. *Qui diligit me, Pater meus diliget eum, & ad eum veniem, & man-*

*sionem apud eum faciemus. O diligam te Charitas infinita: nec aliud nisi propter Te!*

IV. **C**onsidera quartum Iter Divinarum Personarum viâ Justitiæ: ut quando descenderunt ad condemnandam & evertendam Sodomam, atq; dissipandos ædificantes turrim Babel. Universæ enim viæ Domini non solum Misericordia, sed etiam Veritas & Judicium. O Domine, dum veneris judicare: noli me condemnare. Dabo operam: ut dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes tuas.

*Affectus pij*

erga SS. TRINITATEM.

**D**Eum verum, Vnum in Trinitate, & Trinitatem in Unitate, venite adoremus.

*Te*

*Te in  
adoramus  
mus, ô Be  
Spes no  
noster, ô  
Gloria  
na Deitas  
nunc &  
Ex qu  
in quo on  
Benea  
cum S. S  
exaltam  
Gloria  
S., sicut  
& semp  
Amen.  
Benea  
dividua  
Spiritus  
miseric  
Adest*



Te invocamus, Te laudamus, Te adoramus, Te super omnia amamus, ò Beata Trinitas.

Spes nostra, Salus nostra, Honor noster, ò Beata Trinitas.

Gloria tibi Trinitas æqualis, una Deitas, & ante omnia secula & nunc & in perpetuum.

Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: ipsi gloria in secula.

Benedicamus Patrem & Filium cum S. Spiritu, laudemus & superexaltemus eum in secula.

Gloria Patri & Filio & Spiritu S., sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum Amen.

Benedicta sit S. Trinitas & individua Unitas, Pater, Filius & Spiritus S., quia fecit nobiscum misericordiam suam.

Adesto unus DEUS Omnipotens,

*Pater, Filius & Spiritus S.*

*Te unum in substantia, Trinitatem in Personis profitemur.*

*Libera nos, Salva nos, vivifica nos ò Beata Trinitas.*

*Gratias tibi vera & una Trinitas, una & summa Deitas, Sancta & una Unitas.*

*Te DEUM, Patrem ingenitum, Te Filium Unigenitum, Te Spiritum Sanctum Paraclitum, Sanctam & Individuam Trinitatem, toto corde & ore confitemur, laudamus atq; benedicimus: Tibi gloria in Secula.*

*Benedicat nos DEUS, DEUS noster, benedicat nos DEUS: & mentuant eum omnes fines terra.*

*Hymni.*

**de SS. TRINITATE.**

**HYMNUS**

**Ecclesiæ Matutinus**

Sum-

S Umme  
Mund  
Unius &  
Trinus  
Da dexte  
Exurg  
Flagran  
Grates  
Tu Trini  
Orbem  
Atten  
Quod  
Ortus rej  
Præitq  
Cadur  
Lux S  
DEO Pat  
Natog  
Cum  
In sen

**S**umme Parens clementie  
 Mundi regis qui machinam  
 Unius & Substantie,  
 Trinusq; Personis DEUS:  
 Da dexteram surgentibus,  
 Exurgat ut mens sobria,  
 Flagrans & in laudem DEI  
 Grates rependat debitas.

Tu Trinitatis Unitas,  
 Orbem potenter quæ regis,  
 Attende laudis Canticum,  
 Quod excubantes psallimus,  
 Ortus refulget Lucifer,  
 Præitq; solem nuncius;  
 Cadunt tenebræ noctium;  
 Lux Sancta nos illuminet.

DEO Patri sit gloria  
 Natoq; Patris unico  
 Cum Spiritu Paraclito  
 In sempiterna Secula. Amen.

H Y M N U S  
 vespertinus.

**J** Am sol recedit igneus;  
 Tu Lux perennis Unitas  
 Nostris beata Trinitas  
 Infunde amorem cordibus.  
 Te manè laudum carmine,  
 Te deprecamur vespere;  
 Digneris, ut Te supplices  
 Laudemus inter Celites.

**P**atri simulq; Filio  
 Tibiq; Sancte Spiritus,  
 Sicut fuit, sit jugiter  
 Saeculum per omne gloria. Amen.

## Ex Hymno

P. JOANNIS Nadasi S. J.  
 de S. TRINITATE

pro impetrando ipsius amore.

**O** Trinitas! O Unitas!  
 O Unitatis Trinitas!  
 Tu cor petis, cor accipe;  
 Eiq; quod vis, praecepe.  
 O Una semper Trinitas!

O Trina  
 Ter op  
 Amoris  
 Te credo,  
 Amori  
 Per cu  
 Tibi co  
 Da mi D  
 Te dil  
 Me co  
 Te dil  
 Fac mi I  
 Amor  
 Ut esu  
 Munda  
 Fac, ut  
 Et exe  
 Quod  
 Tibiq;  
 Doce, do  
 Quid  
 Qui p

O Trina semper Unitas!  
 Ter optimi ter maximum  
 Amoris ò mysterium!  
 Te credo, spero, diligo:  
 Amoris escam colligo  
 Per cuncta qua considero.  
 Tibi cor meum offero.  
 Da mi Deus Te diligam;  
 Te diligam, me corrigam:  
 Me corrigendo diligar,  
 Te diligendo corrigar,  
 Fac mi Deus, te, fac, amem;  
 Amoris illam da famem:  
 Ut esurire te sciam,  
 Mundi famem fastidiam.  
 Fac, ut timens te diligam,  
 Et exequi non negligam  
 Quod optimum putavero,  
 Tibiq<sup>3</sup> gratum scivero.  
 Doce, doce me, cernere,  
 Quid sit semel te perdere.  
 Qui peccat heu! mortaliter

*Peribit immortaliter!*

*Medulla felix Optimi,*

*Idea pulchra Maximi,*

*Quàm pulcher es quàm dulcis es?*

*Amore quanto dignus es?*

*Ab pœnitet quòd Optimum*

*Mihiq; præsentissimum,*

*Offenderim Te, mi DEUS,*

*Pater meus, Finis meus!*

*Imple meum cor lachrymis*

*Amore sed plenissimis:*

*Cor istud à Te conditum*

*In Te tene reconditum.*

*Amor cor istud instruat,*

*Maliq; fontem destruat:*

*Et arte pœnitentiæ*

*Pandat fluenta gratiæ. Amen.*

### LECTIO SPIRITUALIS

Ex THOMA Kempensi de Init:

lib. 3. cap. 34.

*Quòd amanti sapit DEUS*

*super omnia.*

Ecce

**E**CCE DEUS meus & Omnia:  
quid volo amplius & quid felicius desiderare possum? O Sapidum; & dulce Verbum! sed amanti Verbum; non mundum, nec ea, quæ in mundo sunt. Deus meus & Omnia! Intelligenti satis dictum est: & sæpe repetere, satis jucundum est amanti.

Te siquidem præsentem, jucunda sunt omnia: Te autem absente, fastidiunt cuncta. Tu facis cor tranquillum, & pacem magnam, lætitiãq; festivam. Tu facis bene sentire de omnibus, & in omnibus Te laudare: nec potest aliquid sine te diu placere, sed si tibi debet gratum esse, & bene sapere: oportet gratiam tuam adesse, & condimento tuæ Sapientiæ condiri.

Cui tu sapis, quid ei rectè non

sa-

piet? Et cui non sapiens, quid ei ad  
 iucunditatem esse poterit? Sed  
 deficiunt in Sapientia tua mundi  
 sapientes, & qui carnem sapiunt:  
 quia ibi plurima vanitas, & hic  
 mors invenitur. Qui autem Te  
 per contemptum mundanorum  
 & carnis mortificationem sequū-  
 tur, verè sapientes esse cogno-  
 scuntur: quia de vanitate ad ve-  
 ritatem, de carne ad Spiritum  
 transferuntur. Istis sapit DEus:  
 & quidquid boni invenitur in cre-  
 aturis, totum ad laudem refe-  
 runt sui Conditoris. Dissimilis  
 tamen, & multum dissimilis, sa-  
 por Creatoris & creaturæ, Æ-  
 ternitatis & temporis, Lucis in-  
 creatæ, & lucis illuminatæ.

O Lux perpetua, cuncta cre-  
 ata transcendens lumina, fulgu-  
 ra coruscationem de sublimi, pe-  
 ne-

etrantem  
 urifica, la  
 fica Spir  
 tentiis,  
 bilosis ex  
 et hæc  
 ora; ut tu  
 sis mihi  
 Quam diu  
 it: nec pl  
 D

in Italianam  
 T Ora  
 vitandi  
 digressio  
 tantibus pr  
 uropa flor  
 itò dixeris  
 ujus Longi  
 magna, Ger  
 udo minima  
 it olim Æli  
 is, quæ 300  
 a eduxit ce



netrantem omnia cordis intima.  
Purifica, lætifica, clarifica, & vi-  
vifica Spiritum meum cum suis  
potentiis, ad inhærendum Tibi  
jubilosiss excessibus. O quando ve-  
niet hæc beata, & desiderabilis  
hora; ut tuâ me saties præsentia,  
& sis mihi Omnia in omnibus!  
Quam diu hoc datum non fue-  
rit: nec plenum gaudium erit.

DIGRESSIO

*In Italiam & adjacentes Insulas.*

**U**T Oratores, ita Viatores, tædij  
vitandi gratiâ, opportunas amant  
digressiones. Et ecce circumspe-  
ctantibus prima occurrit in cultissima  
Europa florentissima Italia, quam me-  
ritò dixeris unam vastam Florentiam,  
cujus Longitudo 200 circiter milliaria  
magna, Germanica, complectitur, lati-  
tudo minima 32. Urbes in ea numera-  
vit olim Ælianus 1166. inter quas Syba-  
ris, quæ 300. hominum armatorû mil-  
lia eduxit contra Crotoniatis; teste Di-  
odoro

odoro & Strabone; sed jam vix nomine superstes est. Undecimo Christi saeculo Guido lib. de Italiae urbibus numeravit civitates vastiores 700. hoc seculum saeculo Ricciolus 434. quarum 300. sunt Episcopales. In his & tota Italia numeravit Boterus circiter novem hominum milliones; Sabellicus vix septem: Ricciolus in sua Geographia exclamat: *O Stupendam humanae vicissitudinem mortalitatis: Italiam nunc totam ad eum numerum redactam esse, quem sola Roma sub Augusto implevit.*

Ceterum defectus in hominum urbiumque numero abunde compensatur prerogativarum excessu, quae ex elevata in Petri Sedem Urbe in universam derivantur regionem. Eo enim gloriae provectam videmus: ut effecta gens sancta, populus electus, Civitas Sacerdotalis & regia, latius praesideat religione divinâ, quam olim dominatione terrenâ. Quamvis enim multis aucta victoriis, jus Imperii sui terrâ marique protulerit: minus tamen est, quod ei labor bellicus subdidit, quam quod pax  
Christi-

Christiana subjecit: ut notavit magnus Leo. Cùm florentissima esset Veteris Romani Imperij fortuna, ad 1500. miliaria Germanica extendebatur à columnis Herculeis in Europa ad fluvium Tygrim in Asia; & Nicephoro teste, lib. 1. hist. Eccles. cap. 17. hominum 260. milliones numerabat: Ecclesiasticum summorum Pontificum imperium communes cum orbe terraqueo universo terminos habet, imò ad summa usque cælorum sese extendit, cùm illuc frequentes ducantur colonix, ad implendas cælestes ruinas; & terrestris Romanorum Pontificum iudicium præjudicata sit autoritas in cælo: ita iubente Christo, & attestante D. Hilario ca. 6. Comment: in Matth.

Ex urbibus Italiae vulgò dicitur Roma Sancta, Neapolis Nobilis, Venetia Opulentæ, Genua Superba ( ædificiorum splendore ) Mediolanum Amplum, Bononia Fertilis, Ravenna Vetus, Padua Docta, Florentia Pulchra. Addendum: Loretum floridum à S. Æde Nazarena, in qua radix Iesse Flore

Divino

Divino effloruit.

Sancta est Roma Officio Sanctissimo Vicarij Christi, Ss. Apostolorum & aliorum præcipuorum Sanctorum Corporibus depositis, varijs alijs sacris Reliquijs, Innumerabilium Martyrum sanguine, Ecclesiarum & Religiosorum multitudine, Constitutionum, quæ pro universa Ecclesia in materia fidei & morum inde emanant, sanctitate.

Nobilis est Neapolis tum ædificiorum structurâ tum Nobilium copiâ. In Regno Neapolitano. 19. Principes, 25. Duces, 37. Marchiones, 54. Comites, 1000. & ultra Barones, numerantur. Sed hanc nobilium copiâ obscurat aliquantum copia lusorum, siquidem annuum vectigal à solis chartis lusoriis importat 1530. aureos. Totius regni proventus annuus ad 2. milliones & 50000. aureos ascendit. Deliciis Campaniæ ne dissolvantur Neapolitani, còercet ignivomus Vesuvius, Vesuvio frigidam Sanguis S. Januarij Mart. affundit.

Venetias non opes tantùm commendant, sed mira urbis structura, magno mil-

liari avul  
450. in  
pontibus e  
primario  
des Geome  
mentum sp  
m, arman  
rdinalis B  
Genua sic  
atea, quæ  
us, in qua  
ntissimus  
o dignita  
alatis etian  
iolani amp  
rbis muniti  
d magis n  
alis & Arc  
omæi Sand  
Laudantur  
allus Vene  
um Setiner  
Massicanum

*Dominica*

milliari avulsæ à continente . Canali-  
bus 450 . in Insulas 60 . distingvitur,  
& pontibus conjungitur 400 . In tem-  
plo primario S. Marci turris ad 250 .  
pedes Geometr. in altum ascendit, pa-  
vimentum speciosissimo marmore stra-  
tum, armamentarium visendum cum  
Cardinalis Bessarionis bibliotheca.

Genua sic ædificiis superbit : ut in-  
platea, quæ nova dicitur, nulla sit do-  
mus, in qua non possit rex, vel po-  
tentissimus quisque princeps hospitari  
pro dignitate . Similibus non paucis  
palatiis etiam suburbia gloriantur . Me-  
diolani amplitudinem Arx totius ferè  
orbis munitissima spectabiliozem fecit,  
sed magis rara Eminen.issimi Cardi-  
nalis & Archi-Episcopi S. Caroli Bor-  
romæi Sanctitas.

Laudantur marmor Ligusticum, cry-  
stallus Veneta, equi Neapolitani, Vi-  
num Setinense, Falernum, Albanum,  
Maslicanum &c.

*Dominia in Italia, sunt ad-  
modum varia.*

1. **P**ontificis Romani: ad quem pertinet ea pars Italiae, quae *Status Ecclesiasticus* dicitur: in quo sunt

1. Latium seu Territorium Romanum, in quo caput orbis Roma, Tusculum, Alba, Trivoli, Ostia Tib. &c. 2. Patrimonium S. Petri: in quo Viterbiu, Civitas Vecchia, olim Centumcella, Perugia, Orvietum, Ducatus Castro, Braccianum &c. 3. Ducatus Spoletan, seu Umbria, in quo Spoletum, Nuceria, Eugubium, Fulginium, Assisium, Interamnia, Narnia, Mons Falconis, &c. 4. Ducatus Urbinas, in quo Urbinum: Fanum, Pisaurum, Senogallia &c. 5. Marchia Anconitana, in qua Ancona, Macerata, Loretum, Recanetum, Fabrianum &c. Portus Anconae tam celebris ibi est, ut proverbio locum dederit: *Unus Petrus in Roma, Una turris in Cremona, Unus Portus in Ancona.* 6. Romaniola, olim Flaminia; in qua Ravenna, Ariminum, Forum Livij, seu Forli, Imola, Cesena &c. 7. Territorium Bononiense. 8. Ducatus Ferrariensis. Habet praeterea

terea Pontifex Romanus in regno Neapolitano Beneventum, in Gallia Ducatum Avenionensem &c.

II. Regis Hispaniæ est regnum Neapolitanum, Ducatus Mediolanensis: & quædam loca munita in Tuscia & statu Genuensi.

III. Reipub. Venetæ. est Status Venetus, Marca Trevisana, Istria, Forum-Julium, & pars Lombardiæ,

IV. Magni Ducis Hetruriæ est Ducatus Florentinus cum territorio Pisano & Senensi.

V. Ducis Sabaudiæ præter Sabaudiam est Pedemontium.

VI. Genuensis Reip. præter Liguriam, est Corsica Insula. Reliqua possident Dux Parmensis, Mantuanus, Mutinensis, Mirandulanus, Archiduces Austriæ in Istria & Foro-Julio, Respublica Lucensis, Helveti, Rhæti &c.

Italiæ proxima est Insularum Mediterranei maris celeberrima, & maxima fertilissimaque, Sicilia, Regni honorem sortita, sed Regi Hispaniæ subiecta; olim Horreum Italiæ dicta, Nobili-

bilitant eam Messina, Panormus, Syracusa, Catana, & complures alia Nobilissimæ civitates: sed non minùs Archimedes & Euclides Mathematici, Dædalus architectus, Sybillæ Cumana, sed magis S. Agathæ Sepulchrum. Illustrat ignivomus Ætna; qui anno 1669: fluvium effudit ignitum latitudine duorum milliarium Italicorum, profunditate, ulnarum 6. ad cujus tamen radices generosissimum nascitur vinum. Infamât famosissima naufragiis in mari Siculo loca, Scylla & Charybdis, illa scopulis, hæc voragine metuenda. Memorabilem etiam faciunt *Sicula Vesperæ*, Gallis fatales. Sed ipsi Insulæ non rarò fatales incumbunt terræ motus: quorum horribilissimus fuit Anno 1693. quo conciderunt 70 Civitates, oppressa hominum circiter centū millia.

Sardinia Insula, Regni honore insignis; sed aurâ pestilente infamis est. Herbam alit dictam *Sardonica*: quæ nervos comedentium ita contrahit; ut morientes ridere videantur. Unde paroemia: *Risus Sardonicus*. Hispanis pareret regibus.

Corfi-

EX  
Corfica, Sar  
im est. Rara  
admodum  
Melita Equ  
a, mole exig  
na; ex quo  
t hospitem,  
malia: imò  
ontra venen  
lebrent Bro  
nudus

E X

In Africa

E Sicilia v  
Africanam  
tineris susci  
novi partur  
Mater Afric  
ria naturæ p  
frica ingenit  
nos, Cypria  
tios, Arnob  
mari Medit  
Christi sæcu



Corfica, Sardinia vicina, Genuen-  
sium est. Raræ magnitudinis vertagos,  
& admodum pusillos gignit asellos.

Melita Equitum palæstrâ celeberrima,  
mole exigua, sed viris fortibus magna;  
ex quo S. Paulum Apосто: excepit hospitem,  
nulla parit venenata animalia: imò terra  
ejus amuletum est contra venena. Vulcanias  
Insulas celebrent Brontes, Steropesque, &  
nudus membra Piracmon.

## EXCURSIO

### *In Africam Septentrionalem.*

**F** Sicilia vel Sardinia facilis est in  
Africam trajectio. Et juvat tantum  
itineris suscipere: ut videamus, an quid  
novi parturierit famosa monstrorum,  
Mater Africa? Tulit illa olim tum varia  
naturæ portenta, tum etiam illustria  
ingeniorum prodigia. Tertullianos,  
Cyprianos, Augustinos, Fulgentios,  
Arnobios &c. nunc ea parte, qua  
mari Mediterraneo alluitur, & primis  
Christi sæculis, tam literis quam pie-

tate cultissima fuit, in tantam abiit  
 sylvam: ut totus ille tractus à freto  
 Gaditano ad regnum Tunetanum, *Bar-*  
*baria* appelletur, & sit. Complectitur  
 autem hæc Barbaria regna Fessæ, Ma-  
 rocci, Tunetanum, & Billedulgerit,  
 præter Remp. Algerianam & Tripoli-  
 tanā, ac Prov. Barchanā, cui adjacet Æ-  
 gyptus. Ad septemtrionalem Afri-  
 cam pertinent etiam Numidia, Nubia,  
 Lybia & alia complura regna, horri-  
 bili barbarie inculta. Ipsa Ægyptus,  
 Africæ pars nobilissima, quæ priscorū  
 Patrum, eremi Cultorum virtute &  
 multitudine in Paradisum quendam  
 transferat: jam nihil nisi Mahometif-  
 mi lolia parit, & porcina monstra.

Quanquam placuit subinde Divinæ  
 Sapientiæ, etiam his posterioribus sæ-  
 culis, è media hac barbarie, velut ex  
 vili glarea & saburra, pretiosissimas  
 quasdam seligere gemmas, atq; Euro-  
 pæo orbi ostentare. sic anno 1645. re-  
 gis Tunetani, *Amat Day*, filium primo-  
 genitum *Mamet Celebi* dictum, juve-  
 nem raris naturæ dotibus instructissi-  
 mum

mum, impulit arcanis inspirationibus:  
 ut regno & sponsâ relictis, profugeret  
 in Europam; Christo deinceps famula-  
 turus, Audijt Mамет, paruitq; sine mo-  
 ra vocanti. Mirâ dexteritate navi se  
 committens cū aliquot mancipijs Chri-  
 stianis, evasit feliciter in Siciliam, ibiq;  
 Panormi maximâ solemnitate in sacro  
 fonte est renatus. *Com. Harzard. in  
 bist. Eccl. Afric. c. 6.*

Alteram ex eadem Barbaria colle-  
 git DEus splendidissimam gemmam, an-  
 stellam, Anno 1654. Unigenitum regis  
 Fessæ & Marocci, Principem naturæ  
 & regijs dotibus tam ornatum: ut cu-  
 ivis maximo imperio par videretur.  
 Annos quatuor supra decem eâ con-  
 tentione & profectu se impendit Astro-  
 nomix & Alcorani Mahometici stu-  
 dio: ut Arabum peritissimos superaret.  
 Tredecim variarum lingvarum peritus,  
 in variarum scientiarum materia sede-  
 cim iusta conscripsit vulgavitque vo-  
 lumina. Nec minore facilitate felici-  
 tateque tractabat gladium, ac stylum,  
 literarium, profligatis hostium copiis,

duobusque regnis paterno adjectis, tempore modico, sed gloria apud suos maxima. Unde à patre, Muley Abdalvabrid, in consortem throni adlectus, pari humanitate & authoritate subditorum corda devincta tenebat. Incidit subindè juveni huic principi, *Muley Mahomet Atafi Serif* nominato, importuna, at divinæ providentiæ opportuna cogitatio ( ut non minus religiosum, quàm literatum, & bellicosum se probaret ) visitandi sepulchrum Pseudo prophetae sui Mahometis in Arabia. At assensum patris, licèt diu sollicitati, impetrare nunquam potuit. Ergo incscio illo navigia aliquot in vicina Insula parari jusserrat, & assumptis circiter 500. viæ comitibus, corporisque custodibus, viæ se dedit. In itinere deflexit ad regem Tunetanum, foederatū patris sui à quo insuper alio auctus navigio opportuniore, munito nimirum chirographo securitatis à piratis Christianis, profecutus est susceptam peregrinationem.

Sed ô altitudo Sapientiæ & Misericordiæ

cordiæ Divinæ! vix altero aut tertio  
 milliari provectus in altum, incidit in  
 Melitenſium classem, à qua tentus, &  
 à suis navibus desertus ( quæ periculo  
 se eripientes longiùs antecesserant, )  
 ductus est Melitam captivus. De lytro  
 ubi actum, conventum est in centum  
 aureorum millia: quæ postquam sine  
 mora numeravit rex Tunetanus; dimis-  
 sus honorificè princeps Muley, Fessam  
 versùs vela dedit, neglectâ ulteriore  
 peregrinatione. Sed Deo visum est, nō  
 dimittere hanc prædam. Non procul  
 processerat ab insula; cùm ecce tam  
 turbida eum invadit cogitatio: ut cre-  
 deret inevitabile sibi imminere nau-  
 fragium, & se non aquis tantùm sed  
 sulphuris ardentis pelago haurien-  
 dum; simul vocem audit jubentis, *Re-  
 vertere, baptizare. Mihi famulaberis:  
 ego te deseram nunquam.* Jubet igitur  
 navarchum momento eodem vertere,  
 vela: & Melitam redire: ubi stupenti-  
 bus Equitibus, rectâ ad templum ten-  
 dens, antè aram & effigiem Deiparæ  
 V. prostratus, geminas inter ardentif-  
 sima

sima suspiria traduxit horas, petiitque  
 instanter baptismum. Sed monitus de  
 præmittenda necessaria Instructione,  
 totum se Rectori Collegij Societatis JE-  
 SU commisit; cujus doctrinam tam ca-  
 paci complectebatur mente, tam pro-  
 no corde: ut intra breve tempus sacro  
 fonti fuerit admotus. Cum autem co-  
 mitibus suis nobilitate & fide in se ex-  
 imiis, daret copiam redeundi in pa-  
 triam: ex omni 35. numero, vix duo,  
 qui redire voluerint, sunt inventi: re-  
 liqui & principi suo & Christo fidi  
 adhæserunt. Ipse princeps in aquis lu-  
 stralibus non aliud assumere voluit  
 nomen, quàm *Balthasaris Mendex*; il-  
 lius nimirum Equitis, qui ipsum duxe-  
 rat captivum. Hunc enim post Deum  
 asserbat primum æternæ felicitatis suæ  
 authorem. At cum deinde Societatem  
 ingressus esset Romæ, Alexander VII.  
 Ponti. Maxi. vocari eum voluit, *Bal-  
 thasar Loyola Mendex*. In Societate  
 religiosæ & Theologicæ disciplinæ e-  
 ximio profectu excultus, & Sacerdo-  
 tio initiatus, ardentissimè petiit Missi-  
 onem

onem in Afri-  
 cas ad Magni  
 metanæ Se-  
 utabat P. B.  
 oc destinatu  
 e demum  
 ollicitus qu  
 aracenos cap  
 e mirâ dext  
 Christum tra  
 colicos ejus  
 Maurorum  
 erat, etiam  
 diti, post vi  
 te actam sin  
 ad famam Sa  
 ap. 7.

Sic Deus  
 quærit, & i  
 videatur bar  
 o ad fidem d  
 anis, Tripol  
 tium piratis  
 Christianis  
 ptionem eo  
 os, innot

onem in Africam, vel Indias Orientales ad Magni Mogoris imperium Mahometanæ Sectæ (quam scitissimè refutabat P. Balthasar) deditum: Ad hoc destinatus, dum in Italia, Gallia, ac demum Hispania copiam navigij sollicitus quærit; ac ubique Mauros & Saracenos captivos summâ comitate, & mirâ dexteritate atque efficacîâ ad Christum traducit: placuit Huic Apostolicos ejus conatus (ultra duo millia Maurorum Africanorum jam converterat, etiam è primariis) coronare Madriti, post vitam decennio in Societate actam singulari innocentia, usque ad famam Sanctitatis. *Hazard. lib. cit., cap. 7.*

Sic Deus etiam in media barbarie quærit, & invenit Electos suos: & ne videatur barbaros illos Afros necessario ad fidem destituisse subsidio; Algerianis, Tripolitanis, alijsque earum gentium piratis, non raram permittit è Christianis prædam, à quibus & redemptionem eorum procurantibus Religiosis, innotescit ipsis Christus. Hispani

nis insuper munita quædam, in ora  
Africae maritima, tradidit & confer-  
vat loca, ut Septam, seu Ceutam, La-  
racham Mazaquibir, Oranum, Melilam,  
frustra frementibus barbaris.

Fessæ magnifica duo Collegia, do-  
cendæ Medicinæ & Iuri cum erexis-  
set Habu Henon rex, & in oblati-  
Expensorum libris advertisset! qua-  
dringenta & octoginta millia aureo-  
rum impensa esse? librum projecit in  
fluvium præterfluentem dicens: *Quod  
pulchrum & gratum est, non constat  
multo.*

FERIA II.

S. ANGELO CUSTODI.

Sacra

MEDITATIO.

*De varijs Itineribus S. An-  
geli Custodis.*

I. **C**onsidera: S. Angelos Cu-  
stodes nostros, in statu  
viæ ad Beatitudinem Æternam,  
valde exiguo tempore fuisse;  
paucis



paucis scilicet momentis: & tamen tam magnam in cœlis gloriam sibi meruisse, fideliter adherendo Deo, & fortiter pugnando contra Luciferum & asseclas ejus pro DEO: quantam homines multis annis vix merentur. Non quàm diu, sed quàm celeriter cucurreris, quàm fortiter pugnaveris, refert. Quot iam annis in stadio vitæ sumus, & in virtute quàm parum progressi?

II. **C**ONsidera secundum Iter Ss. Angelorum Custodum de cœlo in terram ad adorandũ Christum, cum reliquis omnibus Angelis & Archangelis: ut cum Sancto Chrysofomo docet Cornelius à Lapide sive id contigerit in Nativitate, sive in Resurrectione ejus. Quantâ alacritate & promptitudine susceperunt hoc

iter? Turpis est tergiversatio, ubi Dei causa agitur.

III. **C**onsidera: tertium iter  
 Ss. Angelorum Custodū  
 de cœlo descendentium ad nostram custodiam. Si nostro essent ingenio; non pauea ipsos auertere possent ab hoc Itinere: at quia ad omnem nutum Divinum non currunt, sed volant aequilis velociores; promptissimi descendunt, non solum ut in omnibus vijs nostris nos custodiant, sed in manibus suis ferant.

O magni Principes cœli, quanta est hæc dignatio vestra ac imprimis gratiosissimi DEI nostri? Quàm promptos nos esse decet ad obsequia & cultum vestrum?

IV. **C**onsidera: Quàm indivi-  
 duī comites Sancti Angeli nos comitantur in omnibus  
 vijs

vijs nostris  
 quamvis  
 que non  
 ipsorum.  
 eius; sed  
 jestatem  
 vivas: ut  
 rusalem  
 sint. Su  
 os client  
 gradum  
 autem  
 Bernard  
 sentia,  
 lentia,  
 A  
 erga  
 S And  
 es m  
 die (v  
 extreme

vijs nostris per omnem vitam:  
 quàmvis nos experiatur plerum-  
 que non solum incurios honoris  
 ipsorum, & ingratos pro benefi-  
 ciis; sed etiam injuriosos in Ma-  
 jestatem Divinam. Vide, ut ita  
 vivas: ut te concive in cœlesti Je-  
 rusalem æternum gaudere pos-  
 sint. Summo ipsis solatio est: su-  
 os clientes ad altissimum gloriæ  
 gradum in cœlo, deducere. Nunc  
 autem rependamus ipsis cum S.  
 Bernardo Reverentiam pro præ-  
 sentia, Devotionem pro benevo-  
 lentia, Fiduciam pro custodia.

## AFFECTUS PII.

erga S. ANGELUM  
 Custodem.

**S**ancte Angele Dei, qui Custos  
 es mei, me tibi commissum hac  
 die (vel nocte) ac maxime horâ  
 extremâ, rege, custodi, illumina

Et gubernata.

Angele mi Custos, tu me fac cerne-  
re justos.

Afflictum clementissime favore  
tuo recrea.

Ad virtutis officia semisopitū excita.

A cali errantem semita ad cali vi-  
am revoca.

In conspectu Angelorum psallam  
tibi Deus meus.

Benedictus Deus, qui misit Ange-  
lum suum, Et eruit servos suos,  
qui crediderunt in eum.

Laudate Deum omnes Angeli ejus,  
Laudate eū omnes virtutes ejus.

Angele sancte, Amare calum, me  
doce: Amare mundum dedoce.

Fac, ut Deum sic diligam: Ut sem-  
per illud eligam, quod est ei gra-  
tissimum, Tibique jucundissimum.

Benedictus Deus meus, qui misit  
Angelum suum, Et conclusit ora

leonum

leonum  
tagello p  
Et anter  
spatio j  
Sancti A  
fendit  
mus in

HYMN

Æ T

Qu  
Mag

Min  
Adesto s

Tibi  
Lucis

Lucer

Tuus q  
Elect

Hic a  
ut c

Nobis d

leonum, & non nocuerunt mihi.

Flagello pigrum excita, & relu-  
ctantem increpa: in vita brevi  
spatio solertiozem facito.

Sancti Angeli Custodes nostri, de-  
fendite nos in pralio: ne perea-  
mus in tremendo Dei iudicio.

## HYMNUS MATUTINUS.

**Æ** Terne Rector siderum,  
Qui, quidquid est, potentia  
Magnam creasti, nec regis  
Minore providentiam.

Adesto supplicantium  
Tibi reorum cœtui,  
Lucisq; sub crepusculum,  
Lucem novam da mentibus.

Tuusq; nobis Angelus  
Electus ad custodiam,  
Hic adsit, à contagio  
Ut criminum nos protegat.  
Nobis draconis æmulum

Versu-

Verfutas exterminet,  
Ne rete fraudulentia  
Incauta nectat pectora.

Metum repellat hostium  
Noſtris procul de finibus:  
Pacem procuret civium,  
Fugetq; peſtilentiam.

Deo Patri ſit gloria,  
Qui, quos redemit Filius,  
Et Sanctus unxit Spiritus,  
Per Angelos cuſtodiat. Amen.

## HYMNUS VESPERTINꝰ

**C**uſtodes hominum pſallimus  
Angelos,

Natura fragili quos Pater ad-  
didit.

Celeſtis comites, inſidiantibus  
Ne succumberet hoſtibus.

Nam quòd corruerit proditor An-  
gelus,

Conceſſis merito pulſus hono-  
ribus

ribo  
Ardens  
Quos  
Huc Cuſt  
Abert  
Tam  
eſcer  
Quid q  
Sancta ſ  
Cujus  
Triple  
Regna  
LECT  
Ex Ca  
De recor  
ficiorus  
ſimun  
O Mn  
po  
interius

ribus,

Ardens invidiâ, pellere nititur

Quos celo Deus advocat.

Huc Custos igitur pervigil advola.

Avertens patria de tibi credita.

Tam morbos animi, quàm requi-  
escere

Quid quid non sinit incolas.

Sanctæ sit Triadi laus pia jugiter,

Cujus perpetuo numine machina

Triplex hæc regitur, cuj9 in omnia

Regnat gloria secula. Amen.

LECTIO SPIRITUALIS.

Ex Capit. 22. lib. 3. Thomæ

Kempfen:

*De recordatione multiplicium Beneficiorum DEI: inter quæ non infimum est custodia Angelorum.*

**O**Mnia, quæ in anima & corpore habemus; & quæcunq; interiùs vel exteriùs, naturaliter vel

vel supernaturaliter possidemus: tua sunt beneficia, Domine, & te beneficium, pium ac bonum commendant, à quo bona cuncta accepimus. Etsi alius plura, alius pauciora accepit: omnia tamen tua sunt; & sine Te, nec minimum potest haberi. Ille qui majora accepit, non potest merito gloriari, neq; super alios extolli, nec minori insultare: quia ille major & melior, qui sibi minus ascribit, & in regratiando humilior est, atq; devotior. Et qui omnibus viliores se existimat & indigniorem se judicat, aptior est ad percipienda majora.

Qui autem pauciora accepit, contristari non debet, nec indignanter ferre, neq; ditiori invidere, sed Te potius attendere, & tuam bonitatem maximè laudare quòd

quòd tam a  
libenter, s  
ceptione, tu  
omnia exte  
laudandu  
uiq; donari  
inus, ille an  
ostrum, sed  
cernere: ap  
efinita sun  
Nihil ergo  
cognitorem  
ta latificare  
as tua in e  
eternæ disp  
tantum  
&

N Germani  
Romani di  
ais amplitudo



quod tam affluenter, tam gratis  
& libenter, sine personarum ac-  
ceptione, tua munera largiris.  
Omnia ex te: & ideo in omnibus  
es laudandus. Tu scis, quid uni-  
cuique donari expediat; & cur iste  
minus, ille amplius habeat. Non  
nostrum, sed tuum est, hoc di-  
scernere: apud quem singulorum  
definita sunt metra.

Nihil ergo amatorem tuum, &  
cognitorem beneficiorum tuorum  
ita lætificare debet, sicut volun-  
tas tua in eo, & beneplacitum  
æternæ dispositionis tuæ, de qua  
tantum contentari debet,  
& consolari.

## DIGRESSIO

*In Germaniam.*

**I**N Germaniam invitant nos Imperij  
Romani dignitas, cultissimæ regio-  
nis amplitudo, Principum copia & po-  
tentia

tentia, Cleri divitiæ, militum fortitudo, artificum industria, soli ubertas, indigenarum candor &c. Divisit Germaniam universam Carolus Magnus in Superiorem & Inferiorem. *Superiori* dedit Helvetiam, Alsatiam, Sueviam, Ducatum Vittenbergensem, Bavariam, Franconiæ, Palatinatum Rheni, Bohemiam, Moraviam, Austriam, Styriam, Carinthiam, Carnioliam, Tyrolim. *Inferiori* attribuit Belgicas omnes 17. provincias, Episcopatum Leodiensem, Lotharingiam Juliam, Cliviam, Vestphaliam, Hassiam, Thuringiam, Saxoniam, Misniam, Lusatiam, Silesiam, Marchiam Brandeburgicam, Pomeraniam, Ducatum Mecklenburgensem & Holsatiam, præter tres Archiepiscopatus, Moguntinum, Coloniensem, Trevirensem. Hodie Germaniæ Inferioris nomine fere solum Belgium venit. Germaniæ universæ 20 circiter milliones hominum tribuunt periti.

Sæculo post Christum decimo Romanum Imperium pervenit ad Germaniam, delatâ à Joanne XII. Imperiali

Di  
coronâ Otto  
firpe Ducun  
rò V. Ottoni  
pos, Apostoli  
ut Jus elig  
ceps esset ap  
e verò multi  
nfusionem &  
s redacta est  
ogutinum, C  
nsem Archi-  
emiæ, Saxon  
randeburgicu  
i. quibus dei  
ia, & his an  
; quorum est  
potentia: v  
nt pares, &  
um nomine  
egali titulo &  
Præter hos  
omplures alii  
opi & Abbate  
ri Romani Im  
or subinde I  
enditur etiam

ali coronâ Ottoni I. regi Germaniæ, de stirpe Ducum Saxonîæ: Gregorius verò V. Ottonis III. Impe. ex sorore nepos, Apostolicâ Constitutione sanxit: ut Jus eligendi Imperatorem deinceps esset apud principes Germaniæ. Ne verò multitudo Electorum pareret confusionem & turbas: ad septem viros redacta est ea potestas, scilicet Mogutinum, Coloniensem, & Trevirensẽ Archi-Episcopos; Regem Bohemiæ, Saxonîæ Ducem, Marchionem Brandeburgicum, & Palatinum Rheni: quibus deinde accessit Dux Bavarîæ, & his annis Dux Hannoverensis; quorum est ea amplitudo ditionum & potentia: ut non minimis regibus sint pares, & meritò à regibus Fratrum nomine honorentur; ab omnib9 regali titulo *Serenissimi*.

Præter hos ornant Germaniam complures alii tam Spirituales (Episcopi & Abbates) quàm sæculares. *Sacri Romani Imperij Principes*: qui honor subiinde Imperatorum favore extenditur etiam ad externos; quemadmodum

modum eodem gaudent nostri Illustrissimi Varmienses Episcopi. Principum numerosam coronam sequuntur sexaginta Sacri Romani Imperij Comites & Barones, 63 insignes & liberae Civitates Imperiales, Nobilium ingens copia, inter quos illi eximij, qui dicuntur *Immediata Imperij Nobilitas*, parique cum Comitibus immunitate gaudent. Ordinum Militarium supersunt Supremi Magistri duo.

Academij compluribus floret Germania: quarum praecipuae sunt Viennensis, Pragensis, Colonienfis; Lovanienfis, Moguntina, Leodiensis, Lipsiensis, Basileensis, Trevirensis, Olomuncensis, Friburgensis, Argentoratensis, Dilingana, Ingolstadiensis, Herbipolensis, Francofurtensis ad Oderam &c.

Inter Urbes Germaniae superioris fertur Vienna munitissima, Ulma ditissima, Augusta elegantissima; Praga maxima, Francofordia ad Moenum emporio nobilissima, Norimberga artificum solertia, Treviri vetustate insignes. Colonia Agrippina pro Germania

D  
Roma habet  
as munitorum  
orum splende  
adinem, Sac  
m (praesertim  
ntalium, atq  
) & immunit  
q; circumfusa  
no merito obt  
tur ibidem to  
as Colonienfis  
undo habuit p  
390 Sacerdot  
Pontes in Ger  
risbonensis su  
operis, Misni  
nsis supra Rh  
gis lapideus  
m 872.  
Turres famos  
Silicam S Step  
nidio; Hildes  
chedralem au  
insigni horo  
riensis ad Eco  
a turri pende

niæ Roma habetur ob mœnium, 83 turribus munitorum, amplitudinem, ædificiorum splendorem, templorum multitudinem, Sacrorum ipsarum copiam ( præsertim Trium Ss, Regum Orientalium, atq; undecim 1000 Virginum ) & immunitatem ab hæresi longè lateq; circumfusa. Unde & Sanctæ nomen meritò obtinuit. Tempa numerantur ibidem tot, quot dies anni, Dicecesis Colonienfis sub Imperatore Sigismundo habuit paræcias 1760 Monasteria 350 Sacerdotes 17000.

Pontes in Germania celebriores sunt Ratisbonensis supra Danubium ingentis operis, Misnienfis ferè pensilis, Basileensis supra Rhenum marmoreus, Pragenfis lapideus supra Maldavam, ulnarum 872.

Turres famosæ sunt, Viennensis ad Basilicam S Stephani, pedum 4343 cum dimidio; Hildeshemiensis ad Ecclesiam Cathedralem auro solido tecta, Pragenfis insigni horologio instructa, Monasteriensis ad Ecclesiam S. Lamberti; è qua turri pendet è cavea rex Anabaptistarum

starum obsidione captus.

Germania inferior, Seu Belgium intra spatium milliarium Germ; 250 continet urbes 208 oppida 150. pagos circiter 63000 totq; Flandria videtur una Urbs continua. Ex 17. ejus Provincijs, septem se in libertatem assererunt, Hollandia, Zelandia, Zutphunia, Frisia, Ultrajectum Transisalania & Groninga (qua dicuntur. *Belgium Federatum*) & pars Geldriae. Hispanis manserunt Brabantia, Flandria, Duc: Limburgen & Lucenburgen? Comitatus Namurci, Hannonia, Artesia, & pars Geldriae. Scissionem hanc fecit non tam crudelitas, ut ajunt, Ducis Albani. quam insolentia Evangelij Lutherani & Calviniani.

## EXCURSIO

*In Africam Australem.*

**L**ustravimus heri Africam mari Mediterraneo viciniore, & populosiorrem, fructusq; ejus alios, eò gratiores quò rariore; in barbarie illa inculta. Qua parte à Tropico Cancrì ad Meridi-

em

Ex  
m protenditur.  
iore gaudet  
qualet (incolae  
imantes & G  
eteribus ferè  
nino inhabi  
Equatore. S  
orum, praesert  
olentia & dil  
alde populosa  
orientali dete  
partibus Ocea  
rioribus; ut  
Guineam, Lo  
Cassariam, &  
in incolae nig  
Usq; ad An  
nus navigatio  
nerant radice  
molum promo  
ura vocabulo  
quod illuc app  
antur, sed cer  
deoq; ad illu  
progredi non  
pestates vento

em protenditur, in interioribus suis rariore gaudet habitatore, & desertis squalet (incolæ olim Troglodytæ, Garamantes & Getuli dicebantur) fuitq; veteribus ferè incognita, & credita omnino inhabitabilis sub Zona torrida & Æquatore. Sed negotiatorū modernorum, præsertim regum Lusitanorum, solertia & diligentia, amplissimas & valdè populosas in Africa Australi & Orientali detexit regiones, maximè in partibus Oceano Æthiopico propinquioribus: ut Gualatam, Biafaram, Guineam, Loango, Congo, Angolam, Caffariam, &c. Omnes earum regionū incolæ nigerrimi corpore & animo.

Usq; ad Annum Christi 1400 terminus navigationis in in mari Atlantico fuerant radices montis Atlantis & famosum promontorium malignantis naturæ vocabulo NON appellatum, eò quod illuc appulsæ naves non revertantur, sed certis naufragiis interibant; ideoq; ad illud accedere, nedum ultra progredi non licebat ob immanes tempestates ventorum à promontorio illo

Gè

refra.

refractorum. Incidit tandem Anno 1410 Henrico, Principi Lusitaniæ, Filio Joannis I: Lusitan: regis, heroica cogitatio, ut tentaret navigationem ultra promontorium NON., lustraretq; Australem Africam, ad invehendum illi Evangelium Christi. Imò divinitus de hoc monitus dicebatur; famamq; credibilem fecit eximia ejus pietas & morum integritas in vita cælibe

Paratâ igitur ac ritè instructa classe, vela dantur ventis, auspice DEo & Virgine DEipara: fuitq; tam felix prima excursio: ut ultra promontorium Non 60 circiter milliaria sint provecti Argonautæ illi. Sed rursus crescentibus in vicinia alterius promontorij, *Ganariam* vocant, æstibus vadisq; ad reditum compulsi sunt; multum egisse visi, quòd ultra *Non* se fuisse, affirmare possent. Non fregit, sed crexit, magnanimo principi animos periculum illud novum. Alias atq; alias, toto decennio, expedit navis, quamvis aliis aliisq; repellerentur obstaculis ulteriore progressu: donec anno 1420 duo viri

in

in albo Argona  
 Gonzalus Zarco  
 Calæus, decrev  
 enus, legere  
 stissima; sed  
 nensa Oceani  
 Sic animato  
 cos, ultra quâ  
 tempestas detu  
 am, reficiend  
 nam, quam T  
 nde digressi,  
 talia Africæ  
 iam, eamq; I  
 runt insulam,  
 titutam & de  
 quam propter  
 m vocarunt.  
 ficum fore  
 porum densita  
 lebat) si exco  
 tractis ergo ex  
 is, ferro & ig  
 gressi. Tenu  
 constantissim  
 gum omnis g



in albo Argonautarum auro scribendi, Gonzalus Zarco, & Tristanus Vaz, seu Vazæus, decreverunt: non jam, ut hætenus, legere litora, tempestatibus infestissima; sed ducere in altum, & immensa Oceani tentare.

Sic animatos, & aliquantum proventus, ultra quàm volebant, abstulit felix tempestas detulitq; ad insulam quandam, reficiendis navibus opportunissimam, quam *Portum Sanctum* dixerunt. Inde digressi, cum nihilominus ad Australia Africæ flecterent clavum, in aliam, eamq; longè vastiorem inciderunt insulam, sed omni habitatore destitutam & densissimâ sylvâ virentem; quam propterea *Maderam* seu *Materiam* vocarunt. Visum illis est, non modicum fore operæ pretium ( prout arborum densitas, & glebæ bonitas probabat ) si excoleretur ea insula. Contractis ergo ex Lusitania pluribus operis, ferro & igni eam purgare sunt aggressi. Tenuit integrum septennium constantissimus labor: cui tanta frugum omnis generis, ac potissimum sac-

chari, respondit ubertas: ut nomen Paradisi Lusitani meruit. Fructus certe Paradisum sapere videntur, uvæ ad 3 & 4 palmos extenduntur, sacchari proventus ad 8 librarum milliones colligi dicitur.

His fructibus refectæ Optimi Principis Henrici curæ in novos assurrexerunt ausus, & conatus. Anno 1446 repertæ sunt 12 Insulæ, *Hesperides* & *Gorgades* dictæ, in mari Atlantico, factæq; juris Lusitanorum. Alia rursus post aliam instituta expeditio: donec annorum 50 laborioso & sumptuoso cursu perventum est usq; ad promontorium *Capo verde*, seu *Caput viride* dictum, ac deinde ad *Montem Leana* (27 gradibus distantem à freto Herculeo, seu Gaditano) seu *Sierra Lioa*. Quibus felicissimè gestis Henricus princeps portum beatæ aternitatis est investus anno 1460.

Conatus Henrici strenuè profecutus est Alphonfus V. Rex Lusitan: ac post illum Joannes II. detectæq; sunt in Australi Africæ plaga regna complura vastissima & valdè populosa, regnum *Guinez*, *Congo*, *Banza*, *Tora*, *Cassaria* &c.

&c. cum amplissimis Imperijs Abassy-  
nae & Monomotapæ In omnibus exce-  
pro imperio Abassynorum, vel cole-  
bantur idola, vel regnabant Mahome-  
tis errores.

Regnum *Congo* primum Ecclesiæ  
Christi aggregatum est, operâ PP Ord.  
Præd numeravitq; usq; ad annum 1578  
novem reges Christianos, Regnum *An-  
gole* excolendum susceperunt anno 1578  
Missionarij Soc. J. Fructuosissime ibi-  
dem & in adjacentibus regnis laboravit  
P. Balthasar Barreyra, baptizato cum  
magna subditorum copia rege Banzæ,  
rege Toræ, rege Guinæ, Principibus  
Benæ, Mocumbæ &c. placuitq; Divinæ  
Bonitati in eodem P. Balthasare reno-  
vare prodigiosam Moysis orantis vi-  
ctoriam. Lusitani enim 150 paucis fidis  
Æthiopicis stipati cum aliquot cente-  
nis Angolanorum millibus congressi,  
orante in vicino colle P Balthasare e-  
levatis ad DEum manibus, vincebant;  
desistente eodem ab oratione, vince-  
bantur. Reassumptâ igitur & constan-  
ter productâ oratione, grandi clade

profligati sunt barbari.

In regno Biafaræ insigni fructu de-  
 ludârunt PP. Carmelitæ. Commendant  
 Barbaris Mauris Europæos ipsæ fero-  
 cissimæ bestię. Nam in Guinea tigris,  
 quæ ibi sævissimæ sunt, in nigros  
 tantum homines sæviunt, albis parcunt.  
 Idem faciunt in provincia Bamba. Rex  
 Berbecinorum consultaturus cum Opti-  
 matibus suis de bello, secedit cum ipsis  
 in profundam sylvam, ubi circa foveam  
 paratam consistentes in coronam, ca-  
 pite in foveam inclinato quisq; senten-  
 tiam suam dicit. Consultatione peractâ  
 impletur fovea ingesta humo, asseve-  
 rante rege: eam nulli prodituram con-  
 silia ipsorum.

Regnum, seu Imperium Monomo-  
 tapæ amplissimum est, & auro, quod  
 non latet in visceribus terræ, sed ruti-  
 lat in fluviis, dives. Quidam putant:  
 ipsum esse regionem Ophir, ex qua  
 classis Salomonis aurum vehebat. Im-  
 perator vocat se *Regem auri*: sed man-  
 cipium est impurissimi Mahometis. Ad  
 Christum conversus cum matre sua &

proceribus  
 S. J. anno 1561  
 bus Mahometæ  
 strangulari cur  
 Abassynoru  
 n tota Africa  
 eratorem Pre  
 tianos se jacta  
 c erroribus D  
 ecti. In reduc  
 am laboraru  
 uferunt oper  
 ta & cæ

FE  
 DIVIS

ME

De varijs S

CONSI  
 Et,

tui, in via m

rum impige

dem aliqui

300 proceribus à P. Gonsalvo Silveria S. J. anno 1561: paulò pòst instigantibus Mahometanis Sacrificulis, eundem strangulari curavit Sacrilegus apostata.

Abassynorum Æthiopum imperium In tota Africa maximum est, cujus imperatorem Prete-Jannem dicunt Christianos se jactant: sed schismatici sunt, & erroribus Dioscori ac Eutichetis infecti. In reducendis ad Ecclesiam multum laborarunt nostri: sed illi omnem luserunt operam; ac tandem tormenta & cædes reprehenderunt.

FERIA III.

## DIVIS TUTELARIBUS

Sacra

### MEDITATIO

*De varijs Sanctorum Itineribus.*

I. **C**onsidera: quomodo Sancti, specialiter Tutelares tui, in via mandatorum Divinorum impigrè decurrerant: & quidem aliqui inoffenso pede; alij,

fi quando offenderunt, moras traxerunt vel deviârunt; tantâ deinde contentione hoc iter sunt profecti, ut multos præverterint. Inspice, & consule pedes affectuum tuorum.

II. **C**onsidera: quantos fecerint progressus in via Consiliorum Evangelicorum & Perfectionis, tum Christianis omnibus communis, tum propriæ statûs sui & muneris. Quò magis impedita, magisq; ardua occurebat via? eò magis exultabant ad eam currendam, & quidem gigantæis passibus. Nos quomodo currimus, aut procedimus vel lassifidicimus in hac via? Fortè nec ingredi eam audemus?

III. **C**onsidera: Quàm feliciter confecerint duram & periculorum plenam è terris ad astra

stra viam.  
menta obic  
& caro: sed  
calcatu or  
summarum  
sibi corona  
in cælum, p  
ergastulum  
fi & nobis  
geret! Co  
curramus.  
IV. **C**ons  
fert  
impensius  
solum pre  
gere apud  
opus fuerit  
sonaliter ad  
rere: ut m  
Proinde &  
bet: quòd  
mus ad ipse  
G

fra viam. Varia ipsis impedi-  
menta objiciebat Satan, mundus  
& caro: sed illi tantò gloriosius,  
calcatis omnibus, cursum con-  
summârunt, atq; ad repositam  
sibi coronam Justitiæ evolarunt  
in cælum, nullâ ad Purgatorium  
ergastulum factâ digressionem. O  
si & nobis fors tam felix contin-  
geret! Continget: modò, ut illi,  
curramus.

IV. **C**onsidera: Sanctos, præ-  
sertim quorum tutelæ nos  
impensius commendamus, non  
solum precibus rem nostram a-  
gere apud DEum: sed etiam, ubi  
opus fuerit, vel expedierit, per-  
sonaliter ad nos juvandos accur-  
rere: ut multa docent exempla.  
Proinde & nobis satis esse non de-  
bet: quòd multas preces funda-  
mus ad ipsos: verùm & labo-

allquem suscipi, & sumptum impendi, convenit, in cultum & honorem ipsorum facilius conciliare solent dona Patronos.

## AFFECTUS PII

erga Divos Tutelares.

**S**ancta MARIA & omnes Sancti DEi, praesertim Tutelares mei, intercedite pro nobis ad Dominum: ut nos mereamur ab eo adjuvari & salvari: qui vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

Omnes Sancti & Sancta DEi praesertim NN. intercedite pro nobis Subvenite Sancti & Sancta DEi, succurrite omnes SS. Patroni mei.

Letamini in Domino, & exultate Iusti: & gloriamini omnes recti corde.

Nimis honorati sunt Amici tui DEus nimis confortatus est principatus eorum. Per merita ipsorum parce

parce nobis,  
Gloria &  
Dominus; &  
nanuum su  
terte quam  
Exultant  
espiciate per  
res vestros.  
Recordar  
ginis Matris  
um NN. Pa  
eorum pia  
bus semper p  
Cum pal  
runt Sancti  
runt de m  
Isti sunt  
git Dominus  
& dedit eis  
In caelesti  
habitatio est  
es eorum;



parce nobis, libera nos.

Gloria & Honore coronavit vos Dominus; & constituit super opera manuum suarum: adjuvate nos, ferte quam potestis, opem.

Exultantes in Gloria Sancti DEi respicite periclitantes minores fratres vestros.

Recordare Domine gloriosa Virginis Matris tuae, & Electorum tuorum NN. Patronorum meorum: ut eorum pia intercessione ab omnibus semper protegar adversis.

Cum palma ad regna pervenerunt Sancti: coronas decoris meruerunt de manu DEi.

Isti sunt viri Sancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta & dedit eis gloriam sempiternam.

In caelestibus regnis Sanctorum habitatio est, & in aeternum requies eorum;

## HYMNUM MATUTINUM

**S**alutis aeternae Dator  
 Jesu redemptis subveni:  
 Virgo Parens clementiae  
 Dona salutem servulis.

Vos Angelorum millia,  
 Patrumque cœtus, agmina  
 Canora Vatum: vos reis  
 Precemini indulgentiam.

Baptista Christi praeuius,  
 Summiq; celi Claviger,  
 Cum ceteris Apostolis  
 Nexus resolvant criminum.

Cohors triumphans Martyrum,  
 Almus Sacerdotum Chorus,  
 Et virginalis castitas  
 Nostros reatus abluant.

Quicumq; in alta siderum  
 Regnatis aula Principes,  
 Favete votis supplicum,  
 Qui dona celi flagitant.

Virtus, honor, laus, gloria,

DEO

Deo Patri  
 Sa Eto sim  
 Inj culorum  
 H MNU  
 P I a r  
 Qui us  
 Tua ad Tr  
 Patrona V  
 Et vos  
 Distincta  
 Antiqua ca  
 Futura dan  
 Apostoli  
 Apud sever  
 Veris reor  
 Exposcite  
 Vos purp  
 Vos candid  
 Confessionis  
 Vocate nos  
 Chorea  
 Et quos Er

*Deo Patri cum Filio,  
Sæc Etæ simul Paraclito  
In sculorum sæcula. Amen.*

**H** MNUS VESPERTINUS

**P** I a r , *Christe, servulis,  
Quibus Patris clementiam  
Tua ad Tribunal gratia  
Patrona Virgo postulat.*

*Et vos beata, per novens  
Distincta gyros, Agmina;  
Antiqua cum presentibus,  
Futura damna pellite.*

*Apostoli cum Vatibus,  
Apud severum Judicem,  
Veris reorum fletibus  
Exposcite indulgentiam.*

*Vos purpurati Martyres,  
Vos candidati premio  
Confessionis, exules  
Vocate nos in patriam.*

*Chorea casta Virginum,  
Et quos Eremus incolas*

*Transmisit astris, Caelitum  
Locare nos in sedibus.*

*Auferte gentem perfidam  
Credientium de finibus,  
Ut unus omnes unicum  
Ovile nos Pastor regat.*

*DEo Patri sit gloria,  
Natoq; Patris unico,  
Sancto simul Paraclito,  
In sempiterna secula. Amen.*

### LECTIO SPIRITUALIS.

*Ex Capite 18. lib. 1. de Imitat:  
Christi. Thom: Kemp.*

*De Exemplis Sanctorum.*

**I**Ntuere Sanctorum vivida e-  
xempla, in quibus vera perfe-  
ctio refulsit, & religio: & vide-  
bis, quàm modicum sit, & pene  
nihil, quod nos agimus. Heu!  
quid est vita nostra, si illis fue-  
rit comparata? Sancti & Amici  
Christi Domino servierunt in fa-  
me

me & siti, in frigore & nuditate, in labore & fatigatione, in vigiliis & jejuniis, in orationibus & meditationibus Sanctis, in persecutionibus & opprobriis, multis.

O quàm multas & graves tribulationes passi sunt Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, & reliqui omnes, qui Christi vestigia voluerunt sequi! Nam animas suas in hoc mundo oderunt, ut in æternam vitam eas possiderent. O quàm strictam & abdicatam vitam in eremo sancti Patres duxerunt! Quàm longas & graves tentationes pertulerunt! Quàm forte bellum adversus edomationem vitiorum gesserunt?

Mundo erant alieni: sed DEO proximi, & familiares amici. Sibi ipsis videbantur tanquam nihili, & huic mundi despecti, sed erant

rant in oculis DEi pretiosi, & dilecti. In vera humilitate stabant, in simplici obedientia vivebant, in Charitate & Patientia ambulabant: & ideo quotidie in Spiritu proficiebant, & magnam apud DEum gratiam obtinebant.

*Et cap. 25 ibid.* Ubiq; profectum tuum capias: ut si bona exempla videas, vel audias, ad imitandum accendaris. Si quid autem reprehensibile consideraveris. cave, ne id facias: aut si aliquando fecisti; citius emendare te stude. Sicut oculus tuus alienos considerat: sic iterum ab alijs notaris. Quam jucundum & dulce est, videre fervidos, & devotos fratres, bene morigeratos & disciplinatos! Quam triste est, & grave, videre inordinatè ambulantes: qui ea, ad quæ vocati

Digressio

cati sunt, non  
ocivum est,is suæ prop  
ommissa sernor esto arr  
maginem tibancti Sancto  
Corona Sa

DIO

G Alliam  
incolarumes suos & am  
ens. Nam Hemilliones asc  
irciter sexcentRicciolus Gall  
Alfania, Artesiato milliones  
itates numeratus 17 Episc  
thesiæ Gallicamendit Ricciol  
mendant exin

*Digressio in Galliam.* 163

cati sunt, non exercent! Quam nocivum est, negligere vocacionis suæ propositum, & ad non commissa sensum inclinare! Memor esto arrepti propositi, & Imaginem tibi propone Crucifixi, *Sancti Sanctorum, qui est & Idea, & Corona Sanctorum omnium.*

DIGRESSIO

*in Galliam.*

**G**Alliam commendant cultissima incolarum comitas, fides erga reges suos & amor, numerus quoq; ingens. Nam Henrico II. regnante ad 15. milliones ascenderunt. Sola Lutetia circiter sexcenta civium millia censet. Ricciolus Gallix, absq; Lotharingia, Alsatia, Artesia, & Ruscionensi tractu, 20 milliones hominum tribuit. Civitates numerantur 865. Archiepiscopatus 15. Episcopatus 110. Reditus Ecclesiæ Gallicanæ ad 104 milliones extendit Ricciolus. Insuper Galliam commendant eximia in Sedem Apost.

cam officia. Cleri eruditio, Universitas Parisiensis, Monarchiæ à 1200 annis constans duratio, Lutetia ipsa, non tam urbs, quàm orbis compendium; Religiosarum familiarum Origines, ut Cisterciensis, Præmonstratensis, Carthusianæ, S. Antonij, Ss. Trinitatis seu Redemptionis Captivorum, & Societatis JESU.

Regum Galliæ prærogativæ sunt. 1. quòd Chrysmate cælitus allato ad S. Remigium ungantur in reges. 2. Solo tactu scrofulas curant. 3. Auriflammam, ut vocant, seu Crucem illam rutilantem, quæ Rhemis asservatur, & stemma Liliorum divinitus acceperunt. 4. Ipso inaugurationis suæ die sub utraq; specie communicant. 5. Non solum in manibus & humeris, ut ceteri reges sed in capite ungantur. 6. Primogeniti Ecclesiæ & Christianissimi vocantur.

Regi assistunt 12. Optimates, dicti *Pares Franciæ*, quòd pari inter se sint dignitate; nimirum sex Ecclesiastici, & sex Laici, à Carolo M. instituti. Regis

Primogenitus  
vincia Delphi  
ne regibus Ga  
denominare  
Parlamentum  
tatis à rege, co  
ritas, non rar  
Tolosæ in co  
um cadavera  
ne septies sep  
urbis portæ,  
paraciæ, 7  
7. Religio  
legia, 7. Pa  
morum sunt t  
vehi possint.  
itur Imago  
tra, quam m  
in Druidæ ve  
ni parituræ.  
illâ, ad quâ  
men institutu  
ndiæ, quo v  
ngiæ, lingv  
nt; aliàs feru  
lodano merg



*Digressio in Galliam* 165

gis Primogenitus *Delphinus* vocatur à Provincia Delphinatûs, quæ eâ conditione regibus Galliaë donata est, ut ab illa denominaretur Primogenitus regis. Parlamenti Parisiensis, quod 80 deputatis à rege, constat, præcipua est auctoritas, non rarò etiam regibus gravis,

Tolosæ in cœmeterio PP. Franciscanorum cadavera non putrescunt. Avinionè septies septem notanda feruntur: 7. urbis portæ, 7. Xenodochia, 7. urbis paræciæ, 7. Monialium monasteria, 7. Religiosorum Conventus, 7. Collegia, 7. Palatia, Metis tam firma domorum sunt tecta; ut tormenta per ea vehi possint. Carnoti antiquissima colitur Imago DEiparæ V. prodigiis clara, quam multo ante Christum natum Druidæ veteres consecrarunt *Virgini parituræ*. Lugdunum celebre est arâ illâ, ad quàm à Caligula Imp: certamen institutum Græcæ Latinæq; facundiaë, quo victi scripat sua, loc spongiaë, lingvâ propria delere debant; aliàs ferulis castigabantur, Rhodano mergebantur. In ponte

relianensi statuam equestrem habuit  
 Joanna Darcia, puella Pastoritia, quæ  
 Anglis totâ fere Gallia subactâ inso-  
 lescentibus, & in civitate Aurelia-  
 nensi Regem obsidentibus: divinitus  
 iussa militem profiteri, per gradus mi-  
 litariæ ad ducendos exercitus ascendit,  
 Anglos varijs cladibus fregit, & Aure-  
 liam obsidione liberavit. Supra Rho-  
 danum, fluvium rapacissimum, puer  
 pastoritius pontem sumptuosissimum  
 lapideum struxit.

## EXCURSIO

*in Americam Australem.*

Quarta pars orbis terrestris Ame-  
 rica est, etiam India Occidenta-  
 lis & Novus Orbis dicta. A quo quo-  
 modo, & quando sit detecta; videre  
 licebit Excursione sequente. Australis  
 America à civitate regni Mexicani,  
 Carthago dicta, porrigitur usq; ad Fre-  
 tum Magellanicum, & vastissimas com-  
 plectitur regiones, Peruanam, Chilen-  
 sem, Magellanicam, Terram Frimam  
 variâ, & Brasiliam; quæ omnes  
 regi-

gibus Hispani-  
 Brasiliâ, quæ  
 Peru, seu Per-  
 iverfa Ame-  
 auri argen-  
 præcipuè  
 etiam A-  
 tem Peruvia  
 norata est.  
 ceribus scri-  
 sauros: ip-  
 pillos puril-  
 m in spati-  
 nde in pala-  
 templis deo-  
 lidis, auri la-  
 mq; aureor-  
 atos usus fr-  
 xa Hispani-  
 idam Peru-  
 anteorum au-  
 dono, ut e-  
 potuerint,  
 limi 85 mi-  
 ecti tradun-  
 hispaniæ tar-

*Excursio in Amer. Austr.* 167

regibus Hispaniæ subjectæ sunt, exceptâ Brasiliâ, quæ Lusitanorum juris est.

Peru, seu Peruvia cæteris omnibus in universa America antecellit divitiis, ob auri argentiq; opulentissimas fodinas, præcipuè circa Potosium civitatem quæ etiam Argyropolis dicitur Ipsa autem Peruvia *Castelle Aureæ* nomine honorata est. Nec in montium tantùm visceribus scrutari oportet hujusmodi thesauros: ipsa terra alicubi arenas & lapillos purissimi auri egerit, & quidem in spatio multorum milliarium. Unde in palatiis antiquorum regum, & templis deorum parietes & tabulata solidis auri laminis tegebantur, vasorumq; aureorum etiam apud non opulentos usus frequens erat. Nunnio Valboæ Hispanorum Præfecto, Princeps quidam Peruanus tantam copiam argenteorum aureorumq; vasorum obtulit dono, ut ex ea 60 viri vix, asportare potuerint. Anno 1595 argenti purissimi 85 milliones in Hispaniam deveci traduntur. Solet autem regibus Hispaniæ tantùm quinta pars proven-

tuenti

tuum annuorum ex illis regionibus transmitti Rex peruanus Agatualpa à Francisco Pizarro prælio victus, in lytrum pro libertate sua obtulit tantum auri purissimi, quantum caperet conclave in quo detinebatur. Habebat autem hoc in longitudine pedes 22 in latitudine 16. altitudinem tantam, ut maximus virorum extento gladio tabulatum ejus ægrè attingeret: Argenti verò obtulit duplo tantum.

Lapidum quoq; pretiosorum ( & in mari margaritarum ) præcipuè smaragdorum, incredibilis ibi copia. Idem Pizarrus initio expeditionis suæ in Peruviam vim tantam smaragdorum aliarumq; gemmarum collegerat: ut 20 millia Almagro amico suo miserit Magnetem quoq; optimum & multos medicos lapides ibidem terra parit

In vallis cujusdam, Petaguele dictæ piscinæ inveniuntur elegantes lapilli, quorum singuli perfecta Cruce, magnitudine unius pollicis, insigniti sunt: qui si concutiantur, in singulis, etiam existantibus similiter crux reperitur.

Unde

Excursio  
de Christia  
aria sua co  
tam locis,  
ij nostri pr  
æ à die C  
actum om  
nt, etiamfi  
o tempore  
ur piscicul  
Frugum ta  
vallibus c  
centesimu  
uxilli flos  
nibet 20 ar  
ei flores spe  
las Charca  
ra, cujus fr  
odum libr  
tem foliis  
s humani  
rucis expre  
ominatur,  
um versu  
res: qui ve  
nt, mortif  
Peruanun

Unde Christiani ex hujusmodi lapillis Rosaria sua conficere solent In quibusdam locis, uti etiam in prædio Collegij nostri propè Cuzcum urbem, piscinæ à die Cinerum usq; ad Sabbatum Sanctum omnis generis piscibus abundant, etiamsi nullus sit immissus: cum alio tempore nec minimus deprehendatur pisciculus.

Frugum tam fertilis terra, ut passim in vallibus centesimum, alicubi etiam trecentesimum fructum ferat. In valle Truxilli flos regnat, qui in uno stipite exhibet 20 aut 30 varij coloris & speciei flores speciosissimos In provincia de las Charcas arbor est admodum proceræ, cujus fructus latent in foliis per modum libri compositis; in singulis autem foliis deprehenditur figura cordis humani, in corde autem signum Crucis expressum. In terra quæ Mala nominatur, ficus est, cujus anni Austrum versùs fructus ferunt valde salubres: qui verò septentrionem respiciunt, mortiferos.

Peruanum hoc regnum, tanquam

H

natu-

naturæ gazophylacium opulentissimū,  
 ut regibus suis, & Christianæ Fidei  
 subjicerent; conspirarunt tres Hispani  
 negotiatores civitatis Panamæ, anno  
 1525. Franciscus Pizarrus, Didacus de  
 Almagro, Ferdinandus de Luque, ea  
 conditione: ut Almagrus, tanquam o-  
 pulentior: naves militesq; compararet,  
 Pizarrus expeditionem in interiora Pe-  
 ruviæ susciperet, Luque utriusq; ne-  
 gotia interim Panamæ procuraret. Fe-  
 rē ineluctabiles difficultates offendit,  
 & per aliquot annos sustinuit Pizarrus:  
 donec unum prælium non minus for-  
 titer quàm feliciter gestum Carolo Im-  
 peri asservit Americam Australem, ipsi  
 Pizarro Vices regis ibidem. Sed do-  
 mitis barbaris, ipsos Hispanos inter se  
 internecino bello commisit Invidia &  
 ambitio; gestumq; est aliquot annis à  
 Didaco de Almagro contra Pizarrum,  
 nuper amicorum intimum, ferē usq;  
 ad excidium omnium Hispanorum, &  
 necem duorum circiter millionum ex  
 Indis, quos in suas quisq; partes tra-  
 xerat: donec & ipsi æmuli occumbe-  
 rent

et eruenti,  
 inquerent a  
 Deprehensa  
 Dei Condi  
 m etiam  
 laores, cuju  
 im, totum a  
 lum, videba  
 es regni met  
 cepiscopi, at  
 (N. Nec au  
 commendant  
 rz. Tradit e  
 4. supra va  
 tum ex me  
 nullis dexter  
 (om. 300 no  
 eam jument  
 tn. Incolæ  
 f), & corpo  
 Chilensis re  
 ludo 120 n  
 eauri, vini,  
 8 Brasili, qu  
 neat frigori  
 lejus est civ

rent eruenti, partasq; terras ac opes  
relinquerent aliis.

Deprehensa est apud Peruanos noti-  
tia DEi Conditoris cœli & terræ: post  
quem etiam Soli divinos deferebant  
honores, cujus sumptuosissimum tem-  
plum, totum aureis solidis laminis ve-  
stitum, videbatur Cuzci. Lima nunc  
ejus regni metropolis est, & Sedes Ar-  
chiepiscopi, atq; Proregis, patria S. Ro-  
sæ V. Nec aurum solum cum gemmis  
commendant Peruviam, sed etiam stra-  
men. Tradit enim Josephus Acoſta l. 6.  
c. 14. supra vastum flumen Pontem esse  
stratum ex maris straminis & junci fa-  
sciculis dexterrimè colligatis, pedum  
Geom. 300 non hominum tantum, sed  
etiam jumentorum onustorum patien-  
tem. Incolæ artifices sunt valde indu-  
strij, & corpore non nigri.

Chilensis regni longitudo est 415:  
latitudo 120 milliarium. Ferax etiam  
est auri, vini, mellis, struthionum & li-  
gni Brasili, quamvis certis temporibus  
rigeat frigoribus acerrimis. Metropo-  
lis ejus est civitas S Jacobi.

Paraquaria regio est amplissima & foecundissima, quam ingens fluvius, *Argenteus* dictus, dividit. Partem illius occupârunt Hispani, alia sui juris est: in qua Missionarij nostri ex sylvis & speluncis eductos homines ad politicam societatem instituerunt, pagos, quos Reductiones vocant, condiderunt, in quorû singulis 8 vel 10 millia incolarum, eosq; non solum in religionis Christianæ officii, sed etiam variis artificiois & agricultura exercent. Indolis sunt mansuetioris, ingenii autem singularis. Nam invenire ipsi nihil possunt, imitari autem dexterrimè quidquid factum vident. Ventris ingluvie maximâ laborant. Scribit inde recentius P. Sepp, quòd cum quidam Patrum exerceret maritum cum uxore in agro stivâ subigendo, ac postea se recepisset ad Ecclesiam pro Sacrificio divino faciendò: illi concilium bovem grandem pro jentaculo abligurierunt, vix quartâ parte relictâ. Vorant autem carnes crudas ( nec assuefieri possunt ad coctas ) fumo tantùm nonnihil perstrictas.

Excursus  
 das Ceterum  
 roni & doc  
 Brasiliam  
 usitani, fo  
 astas in ea  
 ulosas civi  
 usitania eff  
 arunt Holla  
 alfi. Anno  
 terunt Lus  
 evorati. A  
 elicior fult  
 um anima  
 chari f  
 F  
 S. 9  
 Sponso  
 ME  
 De varijs  
 Consi  
 desp  
 cui vicina



Etas. Cæterùm ad pietatem valdè sunt  
proni & dociles.

Brasiliam magna parte cicurârunt  
Lusitani, fideiq; lumine illustrârunt.  
Vastas in ea possident Provincias, & po-  
pulosas civitates, quarum aliquas, cum  
Lusitania esset sub Hispano rege occu-  
pârunt Hollandi, sed inde paulò post  
pulsî. Anno 1500 primùm Brasiliam a-  
dierunt Lusitani: sed à barbaris pleriq;  
devorati. Altera expeditio anno 1549.  
felicior fuit; & jam non minùs fide-  
lium animarum, quàm cannarum sac-  
chari ferax est hæc patria.

FERIA IV.

S. JOSEPHO

Sponso DEiparæ Virginis

Sacra

MEDITATIO

*De varijs S. JOSEPHI Itineribus.*

I. **C**onsidera S. Josephum cum  
desponsata sibi Virgine par-  
tui vicina proficiscentem ex ci-  
vitate

H3

vitate

vitate Nazareth in Bethlehem.  
 Causa profectiois fuit obedi-  
 entia exhibenda Cæsari Augu-  
 sto orbis censum agenti. Iter e-  
 rat tridui & amplius, pedibuse-  
 mensum ab utroq;. Inter incom-  
 moditates, illa Virum optimum  
 gravissimè afficiebat: quòd parit-  
 uræ Virgini locus non esset in  
 oppidi etiam publico diversorio;  
 ideoq; DEUS natus in stabulo,  
 reclinandus fuerit inter jumenta  
 in præsepio. Suscipienda prom-  
 ptè, quæ obedientia imponit iti-  
 nera: & patienter ferenda pro  
 diversoriis etiam stabula.

II. **C**onfid: Iter S. Josephi in  
 Ægyptum, postquam in  
 somnis intellexit ex Angelo peri-  
 culum imminens parvulo JESU.  
 Non prætendit sive potentiam,  
 sive incommoda Infantis, vel  
 Ma-

Matris ejus: non expectavit diem, sed sine mora *consurgens accepit Puerum & Matrem ejus nocte, & secessit in Aegyptum.* Verus obediens opere loquitur *victricias* sui ipsius, non prætensiones vel excusationes.

III. **C**onf:reditū S. Josephi cum **JESU & MARIA** ex Aegypto post annos aliquot satis incomodè ibi transactos. Patientissimè interim expectabat ibi Angelum, tempus reditūs denuntiaturum, ac se Divinæ voluntati plenè conformabat. Non est DEus opportunè importunè trahendus in sententiam nostram & commoda, sed patienter ferendus, etiam cū tardaverit.

IV. **C**onfid: S. Josephi iter annum Hierosolymitanum secundum legem, tempore Pas-

chæ. Quàmvis enim non nesciret: se domi habere, quem adoraret, DEUM: legi tamen id deferendum censuit Vir Justus, nec quærenda in negotio divini cultûs compendia. Amissum aliquando in eo itinere JESUM, quò acerbîus doluit: eò jueundiûs recepit, inventum in templo inter Doctores. Subditum deinde semper habuit, & benè precantem abeunti ad Patres. Quo cultu non prosequemur, quem sic coluit JESUS.

## AFFECTUS PII

erga S. JOSEPHUM.

**S**alve Patriarcharum Apex, cui DEUS Omnipotens omni benedictione Spirituali in caelestibus benedixit.

*Salve amatorum Christi ardentissime, quem constituit Dominus super*

super fami

Salve M

Custos fidei

didit max

Salve f

Dei Oecon

actorum &amp;

Salve ca

ponse: ca

bene distu

commisit.

Salve I

tissime; qu

stimam sa

Salve S

quem dul

bit Mater

S JOS

dea &amp; Pre

stro tempo

ria.

CASTISS

super familiam suam universam.

Salve Magni Consilij Adjutor & Custos fidelissime: cui Dominus credidit maximi mysterij arcanum.

Salve fidelissime Ecclesia Sancta Dei Oeconome: cui frumentum Electorum & Panem vite conservasti

Salve castissime Virginis Matris Sponse: cujus florem & fructum benedictum custodiae tuae Dominus commisit.

Salve Paterfamilias providentissime; qui sudore vultus tui Victimam salutis nostrae aluisti.

Salve Sanctorum Gratiofissime: quem dulci Patris nomine honoravit Mater & Filius DEI.

S JOSEPH patrum familias Ideae & Provisor, tribue victui nostro temporali & spirituali necessaria.

Castissime JOSEPH, munda &

conserva corda nostra in torum jucundum Agno, qui pascitur inter lilia.

S. JOSEPH morientium Patrone fidelissime, adesto periclitantibus coram tribunali Divino.

JOSEPH, cum JESU & MARIA, sit nobis comes in via.

JOSEPH, o S. Patrone, sis mihi praesens in agone.

### HYMNUS MATUTINUS

**C**Ælitū Joseph decus, atq; nostra  
Certa spes vitæ, Columenq; mūdi  
Quas tibi lati canimus, benignus  
Suscipe laudes.

Te Sator rerum statuit pudica  
Virginis Sponsum, voluit VERBI  
Te Patrem dici; dedit & ministrum  
Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo jacentem,  
Quem chorus Vatum cecinit futurū  
Aspicias gaudens, humilisque natum  
Numen adoras. Rex

Rex DEus regū, & dominator orbis  
 Cujus ad nutum tremit Inferorum,  
 Turba, cui pronus famulatur aether,  
 Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi perennis,  
 Quæ tibi præbens superos honores,  
 Det tuis nobis meritis beatæ  
 Munera vitæ. Amen.

## ALIUS.

**I**ste, quem lati colimus fideles,  
 Cujus excelsos canimus triūphos,  
 Hac die Joseph meruit perennis,  
 Gaudia vitæ.

O nimis felix, nimis o beatus,  
 Cujus extremum vigiles ad horam,  
 Christus & Virgo simul adstiterunt  
 Ore sereno.

Hinc stygis victor, laqueo solutus  
 Carnis, ad sedes placido sopore,  
 Migrat æternas, rutilisq; cingit  
 Tempora fertis.

Ergo regnantem flagitemus omnes

Adsit ut nobis, veniamq; nostris  
 Obtinens culpis, tribuat superna  
 Munera pacis.

Sint tibi plausus, tibi sint honores,  
 Trine, qui regnas DEUS, & coronas  
 Aureas seruo tribuis fideli,  
 Omne per ævum. Amen.

## HYMNUS VESPERTINUS

Te Joseph celebrent agmina Calitū  
 Te cuncti resonent Christi adū chori,  
 Qui clarus meritis, junctus es inclytæ  
 Casto fœdere Virgini.

Almo cum tumidâ germine conjugē  
 Admirans, dubio tangeris anxius,  
 Afflatu superi Flaminis, Angelus

Conceptum Puerum docet  
 Tu natū Dominū stringis, ad extery  
 Ægypti profugū tu sequeris plagas:  
 Amissum Solymis, queris, & invenis  
 Miscens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors pia con-  
 secrat,



*Palmanq; emeritos gloria suscipit:*

*Tu vivens, Superis par, frueris Deo,*

*Mirâ sorte beatior.*

*Nobis summa Trias parce precantib9.*

*Da Joseph meritis sidera scandere:*

*Ut tandem liceat nos tibi perpetim*

*Gratum promere Canticũ. Amen.*

LECTIO SPIRITUALIS

Ex Cap. 13. Thomæ Kemp. lib.

1. de Imitat: Christi.

*Resistendũ diligenter Tentationib9.*

**Q**uamdiu in mundo vivimus,  
sine tribulatione & tentati-  
one esse non possumus. Unde in  
Job scriptum est: Tentatio est vi-  
ta hominis super terram. Ideo  
unusquisq; sollicitus esse deberet  
circa tentationes suas, & vigilare  
in orationibus: ne diabolus locum  
inveniret decipiendi, qui nun-  
quam dormit, sed circuit, quæ-  
rens quem devoret. Nemo tam

perfectus & Sanctus est, qui non habeat aliquando tentationes: & plenè eis carere non possumus.

Sunt tamen tentationes homini sæpe valde utiles; licet molestæ sint & graves: quia in illis homo humiliatur & purgatur, & eruditur. Omnes Sancti per multas tribulationes & tentationes, (*prout etiã patet in S. Ioseph utrogg*) transierunt & profecerunt. Multi quærent tentationes fugere, & gravius incidunt in eas. Per solam fugam non possumus vincere sed per Patientiam, & veram humilitatem omnibus hostibus effimur fortiores.

Vigilandum est præcipuè circa initium tentationis: quia tunc facilius hostis vincitur, si ostium mentis nullatenus intrare sinitur: sed extra limen, statim ut pulsa-  
verit,

erit, illi  
lam dixit:  
medicina p

Hispania

Catholica

eiusdem o

ar; & jux

tem pro

nam regum

nam habuit

am tam feli

ia dum arm

sa à multo

onfinibus

In omni

ominatur.

postolatur

n solo Oc

illia temp

recta, scri

. Templu

Hispania du

am olim

verit, illi obviatur. Unde quidam dixit: *Principijs obsta, sero medicina paratur.*

DIGRESSIO

*in Hispaniam.*

**H**ispaniæ gloria est: quod ejus Rex *Catholici* elogio honoretur. 2 Quod in ejusdem ditione sol nunquam occidat; & juxta dictum regis Persarum solem pro galero habeat; nullus unquam regum vel Imperatorum tam amplam habuit ditionem: nemo tam distantam tam feliciter gubernavit. 4 Hispania dum arma longè lateq; circumfert, ipsa à multo tempore in pace est; in confinibus solùm Galliæ inquietatur. 5. In omnibus 4 orbis partibus latè dominatur. 6. In America non minus Apostolatum, quàm mercatum exercet. In solo Occidente supra septuaginta millia templorum ab Hispaniæ regibus erecta, scribit Lohnerus in Bibliot: V. *Templum*: à Jacobo verò rege in Hispania duo millia. 7 Elogium datum olim Hiberniæ, quod sit *Patria*

*San-*

*Sanctorum*, jam occupavit Hispania.

Dividebatur olim in Regna complura; ut Legionense, Castellæ veteris & Novæ, Arragoniæ, Portugalliæ seu Lusitaniæ, Navarra, Granatæ, Valentiniæ, Toleti, Gallæciæ, Algarbionii, Murcia, & Cordubæ: quæ jam in unam Monarchiam coaluerunt, exceptâ Lusitaniâ. In America, præter multas amplissimas Insulas, tantum terrarum pertinet ad Monarchiam Hispanicam; ut meritò *Novus orbis* ille tractus dicatur. Illud valde mirum: quomodo natio non admodum populosa suffecerit tot populis subigendis, & in officio continendis. Nam Boterus & Nicolosius vix decem milliones hominum ipsi tribuunt: è quibus 179000 Religiosi & Ecclesiastici sunt. Matricensentur homines circiter 150000, Granatæ 180000, Hispali aliquantò plures. Granata in ambitu suo mille circiter turribus eminet. Hispali magnificentissimum DEI paræ V. templum in reditus annuos habet 120000, aureorum, quibus aluntur Ecclesiastici

ci 400. Archiepiscopus Toletanus annum proventum dicitur habere ducenta millia ducatorum, ac insuper sexaginta millia. Hispalensis centum millia duc: Valentiae asservatur Calix Coenae Dominicæ. Jactat Hispania tria mirabilia: Civitatem igne circumdatam, Madritum scilicet, cujus muri è silicibus constructi. 2. Pontem, supra quem decem millia pecorum pascentur: quia fluvius *Guadiana* tot milliaribus infra terram fluit, ac tandem erumpit iterum: 3. Fluvium supra pontem manantem; scilicet aqueductum copiosum Segobiæ.

Lusitania seu Portugallia proprium regem nacta est circa annum D. 1100 Alphonsum I. ex comite Lotharingiæ & filia regis Castellæ natum. Suas in Europa angustias, studio dilatandæ religionis dilatavit amplissimè in Indijs Occidentalibus (ubi amplissimam possidet Brasiliam in America) & Orientalibus, ubi complures easq; opulentas numerat provincias, præter varias Insulas in Oceano, & emporia

ria in Africa.

Felicitatem hanc regnorum Hispaniæ & Lusitaniæ portendisse videtur Nubes illa lucidissima, que nascente Christo D. noctem mediam sic per totam Hisp: illustravit: ut dies meridianus videretur. Sequens dies tres soles, æquali luce & orbe splendentes, & postea in unum cœcuntes, vidit. *Isidor in Chron.*

## EXCURSIO

*in Americam Septemtrionalem.*

**N**on relinquimus Hispaniam, dum in Americam excurrimus: cum & ipsa juris sit Hispanici marjore ex parte, & Novam quandam nobis exhibeat Hispaniam, novam Granatam, novam, eamq; auream, Castellam &c. An quartam hanc orbis terrestris partem vel eminus conspexerint veteres Europæi aut Africani, nondum constat: quàmvis aliqua indicia præbeat Plato in Timæo, eam vocans *Atlantidem* insulam, & Diodorus Siculus.

Pri-

Excursio

Primus i

onus Colum

Ferdinando

editionem

anno 14

paniola in

m, Edoctr

navigatio

turus, re

secum de

& magna

ncio Ferd

lumbum, u

pedivit cum

tate, addit

minoribu

ellus hic (

tem cum o

m barbara

olam, detex

lulas major

plures alia

a navigatio

Ipsam vast

is Contine

1497. A

*Excursio in Amer. Sept. 187*

Primus illam detexit Chryso-  
phorus Columbus Genuensis, acceptis  
à Ferdinando rege Castellæ in eam  
expeditionem tribus navigijs, virisq;  
120. anno 1492 Prima se ei obtulit  
Hispaniola insula, ac inde alia post  
aliam. Edocturus igitur regem de fe-  
lici navigatione, & novas copias im-  
petraturus, redijt in Hispaniam, du-  
ctis secum decem captivis America-  
nis, & magna vi auri. Recreatus hoc  
nuncio Ferdinandus, iterum anno 1493  
Columbum, ut olim Nòe columbam  
expedivit cum Admiralij titulo & po-  
testate, additis tribus navibus maxi-  
mis, minoribus 14. & viris 1500. Pro-  
gressus hic ( post acrem pugnam na-  
valem cum classe, quam mulier quæ-  
dam barbara ductabat ) ultra Hispa-  
niolam, detexit Cubam & Jamaicam  
insulas majores præter 46 minores,  
& plures alias iterum iterumq; repe-  
titâ navigatione.

Ipsam vastissimam Indiæ Occiden-  
talis Continentem adiit tandem an-  
no 1497. Americus Vesputius Flo-  
renti-

rentinus ( auspicijs sumptuq; regis Hispaniæ ) à quo deinceps dicta est. *America*. Magis Australes ejus partes, & celebre fretum, detexit Ferdinandus Magellanes anno 1519. Regiones complures, cum regno Mexicano populis, auro, gemmisq; refertissimas insigni fortitudine & rarâ felicitate subegit Ferdinandus Cortesius sub idem temp9. Advertit Ricciol9 in Geograph. lib. 3. c. 22. DEUM opulentissimas has terras consignasse in manus regum Hispan: ob ejectos totâ Hispania Mauros ( ac postea Judæos ) nullâ habitâ ratione temporalis emolumentum.

Regnum Mexicanum, à Mexico vastissima metropoli sua dictum, primum est in America Septentrionali. cujus regi subjecti erant triginta alii reges quorum quivis minimum centum millia armatorum educere poterat in aciem. In ipsâ urbe 60 millia domorum numerabantur. Et tamen quadringenti Hispani, duce Ferdinando Cortesio, ausi sunt non solum cogitare de occupando tanto regno: sed

in ipsam  
rio ausu, p  
at captivum  
contra 150  
i pralio v  
no totaq;  
umphare fec  
1521 Lon  
assignat Jo  
idini minim  
porum ibi t  
pantos Hispa  
bonis suis  
am non nu  
et non min  
sio promov  
g. Archiepisc  
e decem Suff  
pimis prove  
orum non r  
i aliqua Eur  
i Mexico non  
Cristiana, ac  
opus in sin  
inimum, pr  
dantur in v



*Excursio in Amer. Sept. 189*

sed in ipsam Metropolitim, fere temerario ausu, penetrarunt, regem duxerunt captivum, & paucis stipati Indis, contra 150 millia hostium ingenti praelio victores, de regno Mexicano totaq; septentrionali America triumphare fecerunt Coralum V. Imp. anno 1521 Longitudini Mexicani regni assignat Josephus à Costa 800. latitudini minimæ 180 milliaria Hisp. Pecorum ibi tanta copia: ut inter opulentos Hispanos non censeatur, qui in bonis suis 40. & amplius millia boum non numerat. Rem Christianam non minore, quàm politicam, studio promoverunt ibi Hispani reges. Archiepiscopus Mexicanus præest decem Suffraganeis Episcopis, amplissimis proventibus donatis. Religiosorum non minor ibi copia, quàm in aliqua Europæ provincia: ut jam in Mexico non minus floreat religio Christiana, ac olim cultus idolorum, quibus in singulos annos 20. millia hominum, præsertim infantium, cædebantur in victimam. Advertit Florim:

rim: Remundus lib. 1. c. 4. eodem tempore, quo religiosus apostata Martinus Luther grande damnum inferre cepit Ecclesiæ Christi in Europa; alium Martinum, de Valencia dictum, Ord. S. Francisci, cum undecim socijs, largè jacturam illam compensasse in Mexico & vicinis provincijs! ubi intra paucos annos supra 20 milliones ab ipsis baptizati traduntur. Quid si addantur conversi ab alijs Religiosis, S. Dominici, Soc. JESU &c.?

Præter regnum Mexicanum, quod etiam *Nova Hispania* dicitur, completitur America Septentrionalis amplissimas alias regiones, Floridam, Novam Granatam Californiam, Canadam, Terram Labradoris & plures alias Polum arcticum versus, nondum satis cognitæ: Vastas quoq; insulas, Hispaniolam Cubam, Jamaicam, Terram novam, præter innumeras minores.

*Florida* incolas habet valde feros, cum quibus Hispani & Galli diu luctati sunt, sed exiguo fructu. Nec felici-

iores fuerunt  
quod sibi  
reolas mess  
U.  
anada lon  
patientior  
Francian  
am. Nova  
subditam  
es etiam  
gibus, nec  
s America  
quini par  
accesserunt  
ur hostes I  
os, cum qui  
Iucundum  
adæ Gub  
f. appulisse  
illarum  
tantibus, va  
as; Huron  
gate proved  
nam obtuli  
hanc orati  
line, bic

*Excursio in Amer. Sept. 191*

feliciores fuerunt operarij Evangelicij nisi quod sibi Martyrum palmas & laureolas messuerint octo e Societate JESU.

*Canada* longè amplior, & cultura patientior est regio. Continet. *Novam Franciam*, Gallix regibus subjectam. *Novam Angliam*, & *Virginiam* subditam Anglis Habent in ea partes etiam *Hollandi* & *Sveci* Nec frugibus, nec metallis æquat *Canada* alias *Americæ* terras. *Hurones* & *Algonquini* parent Gallis, & Christianis accesserunt: sed implacabiles patiuntur hostes *Iroquæos*, indomitos barbaros, cum quibus negotiantur *Hollandi*. Jucundum est, quod contigit novo *Canada* Governatori: qui cum anno 1665. appulisset e Gallia, & à primoribus illarum regionum, subjectionem testantibus, varijs honoraretur muneribus; *Huronum* quidam ætate & dignitate provectior, pyxidem fuligine plenam obtulit novo Governatori inter hanc orationem: *Quandoquidem, Domine, hic adestit, ut nos contra fer-*  
*rinos*

*inos hostes nostros tueamini, nativa ve-  
rò hæc gratiosissimi oris vestri species mi-  
litum non spiret: accipite unguentum hoc,  
& vultum vobis appingite, quem & Iro-  
quai & tigrides formident. Ipsi enim  
Huronnes, licet à naturæ non formosi,  
congressuri cum hostibus, foedissimè  
se commaculant, ad illorum terrorem.*

Inter complures è nostris ab Iroqua-  
is immanibus tormentis interfectis, in-  
signiores sunt, P. Isaacus Joques, Gabri-  
el Lallemand, & Joannes Brebeuf: quo-  
rum postremo evulsi è digitis ungues,  
corpus per singulas partes sudibus de-  
lumbatum, præcisæ manus, os contu-  
sum lapidibus, lingua adusta, axillis &  
renibus candentes secures admotæ, in-  
gnita è collo appensa collaria, adje-  
ctum cingulum accensum è pice & re-  
sinatis corticibus: incipienti loqui de  
Divinis obseptum os circulo, labra con-  
cerpta, truncatus nasus; in opprobrium  
baptismi fervente aquâ perfusus, detra-  
cta superior pellis è capite, amputati  
pedes, caro à coxis ad ossa usq; avulsa,  
& depasta, mandibula securi diffissa,  
fer-

pro ista pla-  
nicis suis:  
te dissectum  
m, sangvin  
pinato. F  
tolerata t  
te tostus  
es post inc  
ptus, cum  
hiberi non  
et in Car  
st paucos  
Almam.

ESU A

de Christo  
stificas, &

On  
stus  
ris, ad m  
reerantis,

ferro uisæ plagæ & lingua orantis pro inimicis suis: deniq; pectus viventi adhuc dissectum, cor evulsam ac devoratum, sanguine sibi invicem à barbaris propinato. P. Lallemand præter similia tolerata tormenta, horis 15. lento igne tostus occubuit. P. Isaacus Jogves post incredibilia tormenta morti ereptus, cum reductus esset in Galliam, cohiberi non potuit, quin iterum rediret in Canadam charissimam: ubi post paucos dies quæsitam adeptus est palmam.

FERIA V.

JESU EUCHARISTICO

Sacra

MEDITATIO.

*De Christo adeunte species Eucharisticas, & Communicantes homines.*

I. **C**onsidera: quomodo Christus residens in gloria Patris, ad nutum Sacerdotis consecrantis, quantumvis flagitiosi,

I

eodem

eodem momento præsentem se  
sistit per stupendam non trans-  
migrationem, sed transubstan-  
tiationem; idque in ineffabile  
commodum nostrum. Num-  
quid nos ad ipsius cultum tam  
prompti sumus?

II **C**onsidera Regem æter-  
næ summæq; gloriæ in  
tabernaculo Eucharistico, non  
ut in throno suo vel palatio do-  
minantem, nec ut honestum vi-  
atorem in diversorio comodo  
ac decente hospitantem: sed po-  
tius ut captivum quendam in  
tenebrosam carcerem detrusum.  
Et sanè Captivus est, sed Amo-  
ris. Amor nostri; Potentissimum  
& gloriosissimum orbis utriusq;  
Monarcham sic captivavit. Quid  
simile præstat, vel præstabit  
circa nos noster erga illū Amor?

III Con-

III. **C**onfid: Quàm dispari affectu adit ora & pe-  
ctora Communicantium Eucha-  
risticus JESUS. Ad quosdam  
gaudio gestiens se proripit: ad  
alios manibus pedibusq; relu-  
ctans intrudi visus est: & qui  
semel se permisit Judæ & Ju-  
dæis, quotidie se non negat im-  
probis Christianis. Sed vide, vi-  
de anima mea; quomodo sumas  
Dominum. Sumunt boni, su-  
munt mali, sorte tamen in-  
æquali vitæ vel interitûs.

IV. **C**onfid: Quàm miserum  
habeat hospitium Eucha-  
risticus JESUS etiam apud pro-  
bos non paucos, Vix susceptus  
est; & mox deseritur. Nec horæ  
quadrantem cum tanto hospite  
conversari sustinemus: ut mirum  
non sit, tam infructuosam nobis

esse præsentiam ejus. Ignosce  
 Gratiostissime Hōspes. Promitto  
 meliora.

### AFFECTUS PII

erga Venerab: Eucharistiam.

**O** quàm suavis est Domine Spi-  
 ritus tuus: qui, ut dulcedinem  
 tuam in filios demonstrares Pane  
 suavissimo, de celo præstato, esi-  
 rientes implet bonis!

Misericors & miserator Domi-  
 nus escam dedit timentibus se in  
 memoriam suorum mirabilium!

Panem celi dedit nobis. Alleluja  
 Panem Angelorum manducavit ho-  
 mo. Alleluja.

Parasti in conspectu tuo men-  
 sam, adversus eos, qui tribulant me

Cibavit nos ex adipe frumenti,  
 & de Petra melle saturavit nos.  
 Alleluja.

Ex altari tuo Domine Christum  
 sumi-

A  
 nimus: in  
 tra exultan  
 Laudetu  
 ventum.  
 Non est  
 ua habeat  
 vi, sicut D  
 Panem d  
 Alleluja. O  
 habente  
 O Sacri  
 Christus su  
 ria passio  
 gratia, &  
 nus datu  
 Tantun  
 veremur  
 HYMN  
 V Erbum  
 Nec P  
 Ad opu  
 Venit



sumimus: in quem cor & caro nostra exultant.

Laudetur Sanctissimum Sacramentum.

Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis.

Panem de celo præstitit nobis. Alleluja. Omne delectamentum in se habentem. Alleluja.

O Sacrum Convivium, in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis ejus; mens impletur gratiâ, & future gloriæ nobis pignus datur. Alleluja.

Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui.

### HYMNUS MATUTINUS.

**V**erbum supernum prodiens,  
Nec Patris relinquens dexteram,  
Ad opus suum exiens,  
Venit ad vitæ vesperam.

In mortem à discipulo  
Suis tradendus amulis,  
Prius in vitæ ferculo  
Se tradidit discipulis.

Quibus sub bina specie  
Carnem dedit & sanguinem:  
Ut duplicis substantiæ  
Totum cibaret hominem.

Se nascens dedit socium,  
Convalescens in edulium,  
Se moriens in pretium,  
Se regnans dat in præmium.

O salutaris Hostia,  
Quæ cæli pandis ostium:  
Bella premunt hostilia,  
Da robur fer auxilium.

Uni trinoq; Domino  
Sit sempiterna gloria:  
Qui vitam sine termino  
Nobis donet in patria. Amen.

## HYMNUS VESPERTINUS

**M** eum tu gaudium ò JESU es!

Meum solatium ò JESU es!  
 Quantumvis omnia perdidero,  
 Si JESUM, satis esse, serva vero.

Vilescunt omnia terrestria,  
 Dum JESUM cogito & caelestia,  
 Amo te JESU mi, quia dignus es.

Amo te JESU mi, quia DEUS es.  
 Amo te JESU mi, quia es, qui es,  
 Si tu me diligas, te diligo:

Et si me deseras, te diligo.

Et si me crucies, amabo Te,  
 O JESU, JESU mi, semper amo Te,  
 O si te homines cognoscerent.

Nunquam Te, Domine, offenderent!

### LECTIO SPIRITUALIS

Ex lib. 2. cap. 8. Thomæ Kemp.  
 de Imitat. Christi.

De familiari amicitia JESU.

Quando JESUS adest: totum  
 bonum est, nec quidquam dif-  
 ficile videtur: quando verò JE-  
 SUS non adest, totum durum  
 est.

est. Quàm aridus & durus es sine JESU! Quàm insipiens & vanus, si cupis aliquid extra Jesum! Nonne hoc est majus damnum, quàm si totum mundū perderes?

Quid potest tibi mundus conferre sine Jesu? Esse sine Jesu gravis est infernus: & esse cum Jesu dulcis Paradisus. Si fuerit tecum Jesus, nullus poterit nocere inimicus. Qui invenit Jesum, invenit thesaurum bonum, imò bonum super omne bonum, & qui perdit Jesum, perdit nimis multum, & plus quàm totum mundū.

Magna ars est, scire cum Jesu conversari: & scire Jesum tenere; magna prudentiā. Esto humilis & pacificus: & erit tecum Jesus. Sis devotus & quietus, & manebit tecum Jesus. Potes citò fugare Jesum, & gratiam ejus perde-

erdere: si  
cellinare. I  
tum mu  
am, quā  
nibus e  
is dilectu  
anes pro  
m propt  
sum, & in  
imici tib  
nibus h  
anes ipsū  
Et lib. 4  
itor mun  
iliter agis  
riter & gr  
disponis,  
Sacramen  
nis! Hoc  
lectum si  
devotoru  
dit affect

perdere: si volueris ad exteriora  
declinare. Eligendum est magis,  
totum mundum habere contra-  
rium, quàm IESUM offensum. Ex  
omnibus ergo charis, IESUS so-  
lus dilectus specialis. Diligantur  
omnes propter IESUM; IESUS au-  
tem propter seipsum. Propter ip-  
sum, & in ipso, tam amici, quàm  
inimici tibi sint chari: & pro om-  
nibus his exorandus est; ut om-  
nes ipsū cognoscant & diligant.

*Et lib. 4. c. 1.* O invisibilis Con-  
ditor mundi DEUS, quàm mira-  
biliter agis nobiscum! Quàm sua-  
viter & gratiosè cum electis tuis  
disponis, quibus temetipsum in  
Sacramento sumendum propo-  
nis! Hoc namq; omnem intel-  
lectum superat, hoc specialiter  
devotorum corda trahit & accen-  
dit affectum. Heu cæcitas & du-

ritia cordis humani: ad tā ineffabile donum non magis attendere!

## DIGRESSIO

*In Angliam, Scotiam Hiberniam.*

**A**lbionem Insulam partiuntur duo regna. Partem meridionalem, eamq; majorem, occupat *Anglia*, quæ etiam *Britannia major* dicitur, ut distinguatur ab ea, quæ est Provincia *Halliæ*: Aliam partem obtinet regnum *Scotiæ*. Regebatur utrumq; proprijs regibus, donec initio præteriti sæculi *Jacobus VI.* rex *Scotiæ*, *Angliæ* quoq; coronam est consecutus. Celebriores *Angliæ* provinciæ sunt *Wallia* seu *Bambria* in qua *Dehembartia*, *Povisia*, *Venedotia*: deinde *Norumbria*, *Eastanglia*, *Westfexia*, in qua *Cornualia*, & *Eastfexia*. *Scotiæ* Provinciæ sunt *Albania* & *Calcedonia*. *Angliæ* civitates habet 323. quarum metropolis *Londinum*: *Scotiæ* 94. cum territorijs 45. Toti *Angliæ* tribuit *Boterus* hominum *milliones tres* *Bangoræ* olim cœnobium monachos

*Digressio in Angliam, Scot.* 203

1200 alebat. *Commercium* annum  
Angliæ ad *milliones* 12 extenditur:  
in varijs *emporij*s mille & ampliùs  
naves *commercij* causâ versantur. Ex  
sola *lana* sesquimillionem quotannis  
colligunt. *Laudatissimum* est *Cornu-*  
*walliæ Stannum*. In tota *Anglia* nul-  
li sunt *lupi*, præter eos, qui in *Ca-*  
*tholicos* sæviunt. *Londini* supra *Ta-*  
*mesim*, vastum fluvium ( qui immo-  
tus stetit, dum odio *fidei* *Catholicæ*  
suspenderet *Edmundus Campianus* è  
*Soc. JESU* ) *pons* est totius *Europæ*  
*præstantissimus*, longus 330 *passus*,  
& utrinq; *magnificis* ædibus ita or-  
natus: ut *vicus* potiùs, quàm *pons*  
videatur.

In *Anglia* *S. Jacobum* & *S. Pe-*  
*trum Apostolos* primùm *prædicasse*  
*fidem*, volunt quidam. *Notabilior*  
hujus *insulæ* *conversio* fuit sæculo  
secundo post *Christum* natum, sub  
*S. Lucio Rege* *Angliæ*. *Relapsam* ad  
*superstitiones* *avitas* *S. Gregorins* *M.*  
*Papa*, *Misso* *S. Augustino* cum 40.  
*Socijs*, *reducit* ad *fidem*: quam *quar-*

to sæculo Scoti & Hiberni ample-  
xi sunt, prædicante S. Patricio. Flo-  
rentem amoenissimè in his regnis suc-  
cidit, ac pene extirpavit, Henricus  
VIII. ex defensore factus Everfor Fi-  
dei, Inde crudeli lanienâ savitum in  
Orthodoxos: nec parvum summis vi-  
ris, Joanni Fischero & alijs Episco-  
pis, Thomæ Moro Cancellario regni  
& innumeris Religiosis. Horum cum  
sangvinem gustâisset, etiam regium  
sitiit, & bibit Anglia.

In Scotia nulla domus distat am-  
plius à mari, quàm 20 leucis In Ca-  
ricia sunt ingentes boves, quorum  
pingvedo non concrefcit, sed instar  
olei diffluit. In Loumondo lacu pi-  
sces carent pinnis. In Orcadam in-  
sula una certæ arboris folia in a-  
mnem prolapsa in volucres verti fe-  
runtur. Lapidibus utuntur Scoti pro  
lignis, quos etiam eleemosynæ nomi-  
ne dant pauperibus.

In Hybernia, vicina Angliæ insula  
ea fidelium fuerat pietas, tam eximia  
virtus; ut Sanctorum Patria diceret-  
tur

Nullum  
oxium, nec  
& aliund  
Hiberniæ va  
relente vit  
a Insulis A  
ent incorru  
anescent.  
intrum S  
non po  
liud. lius  
E

N. Asian  
& præro  
giones ipsi  
psus terr  
homines,  
tis, opera  
grande op  
Ibi Palæst  
divino sar  
Sepulchro  
in eage  
scia, ibi A



Nullum in ea reperitur animal  
noxium, nec araneus quidem, aut ra-  
na? & aliunde illatum, illico moritur.  
Hiberniæ vaccæ lac non dant, nisi  
præsentem vitulo, aut ejus simulacro.  
In Insulis Arram corpora sub diu ja-  
cent incorrupta. Fons est, quo loti  
canescunt. Insula est in lacu, prope  
antrum S. Patricij, in qua ægri mo-  
ri non possunt nisi deferantur ad  
aliud litus.

## EXCURSIO

*in Asiam usq; ad Gangem.*

**I**N Asiam nos evocant famosissima  
& prærogativis eximijs honoratæ re-  
giones ipsius. In ejus sinu & ex i-  
psius terra condidit DEUS primos  
homines, plantavit hortum volupta-  
tis, operatus est, & consummavit  
grande opus Redemptionis nostræ.  
Ibi Palæstina, & in ea Hierusalem  
divino sanguine tincta, Dominico  
Sepulchro gloriosa, maximorum, quæ  
in ea gesta sunt, mysteriorum con-  
scia, ibi Assyria primo orbis Impe-  
rio

rio inclÿta, ibi Armenia triumphantis Arcae Nòe bajula, ibi Arabia magis pietate trium illorum Infantis DEI cultorum, quàm thure suo fragrans, ibi Chaldaea turri Babel & lingvarum confusione famosa, ibi Persia Sophorum regnum, vastum Magni Mogolis imperium, regnum Decan urbe Goà & Xaveriano Sepulchro eximium, regna Bistagar & Malabar elephantum patriæ, regnum Zeilanum Paradisus alter, Natolia, seu Asia minor, in qua Chalcedon, Ephesus, Smyrnia, & olim Troja &c. quæ omnia, ac insuper Tartariæ Magnæ partem, cum parte Tartariæ minoris, quæ est intra Tanæm fluvium, Pontum Euxinum, & mare Caspium ( alia Tartariæ minoris pars cum Taurica Chersoneso pertinet ad Europam ) complectitur Asia cis Gangem, & fluvium Tartariæ magnæ Ochandum.

Ultra Gangem & Ochandum est Tartariæ magnæ pars potior, in qua regnum Cathayæ (cujus magnus Cham

nam etiam  
minatur)  
lofissima,  
gnia ex pa  
aq; vasta  
ta, Pegu, S  
æ quog;  
oon, Philip  
oes, Molu  
mmana &  
ersonesus  
Tot tanta  
prima ord  
nuit Sem  
cupante A  
pheto, In  
frica vel  
ines: non  
atem in A  
oo à diluv  
ib. 3. Ninu  
conditor co  
norum re  
s centena  
verò millia  
ad decem

Cham etiam Imperio Chirensi jam dominatur) insuper amplissima, populosissima, ordinatissima, & jam magna ex parte Christiana, China, aliaq; vasta regna Turquin, Cochincina, Pegu, Siam, Cambodia &c. Insulæ quoq; vastæ & florentissimæ, Japon, Philippinæ seu Lusoniæ, Celebes, Molucenses, Borneo, Java, Summana & peninsula Malaca quæ Chersonesus aurea dicitur.

Tot tantasq; terras, post diluviũ in prima orbis terrarum divisione obtinuit Sem filius Nòe natu major, occupante Africam Chamo, Europam Japheto. In Americam aut ex Asia, Africa vel America pervenerint homines: non constat. Multiplicati sunt autem in Asia tam copiose: ut post 300 à diluvio annos, teste Diodoro lib. 3. Ninus monarchiæ Assyriorum conditor contra Zoroastrem Bactrianorum regem eduxerit decies septies centena millia peditum, equitum verò millia ducenta, currus falcatos ad decem millia & sexcentos. Quibus

bus copijs non nimium inferiores oportuit fuisse Zoroastris: siquidem diu ancipiti Marte pugnatum est.

Ricciolus lib. 12. Geograph. satis probabiliter toti Asiæ tribuit hominû quingentos circiter milliones, Americæ ducentos, Africæ centum, totidemq; Europæ; & concludit: multitudinem hominum hoc tempore habitantium supra faciem terræ non excedere mille milliones. Utinam autem sic multiplicatis hominibus magnificata esset DEO latitia; & non potiùs ob effrenem plerorumq; licentiam tangeretur dolore cordis intrinsecùs! Hara enim ibi foetet impurissimi Mahometis, & in Terra Sancta heu! quanta abominatio desolationis! Idololatria quàm latè fusa, quàm insana? Zeilanis albus quidam simius pro DEO erat: pridem extincti dens in pretiosissimo scrinio, saphiris & pyropis gravi, servabatur, religiosissimâ superstitione colebatur. Armis Lusitanorum occupatâ eâ insulâ à Constantino Prorege Indiæ, cessit victori cum dente scrinium illud anno

60. Major  
digenas, qu  
nibus & in  
de ad Pro  
orum mill  
llione aut  
m sincera  
at Constan  
a legatorum  
um in mo  
tenuissim  
vis carbo  
artoli lib.

Religie  
sagni Mog  
s alter, be  
tatem ibid  
ex jufferat  
ræcipuorū  
Moyfes, Ma  
dis distincti  
sit coram  
innuens fin  
ret, cujus n  
or, Hic sine  
ti, & omni

1560. Major hinc luctus apud omnes indigenas, quàm ex amissis thesauris omnibus & injecta servitute. Missi subinde ad Proregem legati, qui 300 aureorum millibus, imò si opus foret, millione auri redimerent dentem. Sed tam sincera & ab omni avaritia aliena erat Constantini religio, ut in conspectu legatorum & totius aulæ dentem illum in mortarium miserit, jusseritq; in tenuissimos conteri pulveres, hos vivis carbonibus insperfos consumi. *Bartoli lib. 7 hist. Asiat.*

Religioni Christianæ in regno Magni Mogoris egregiè servivit simius alter, bestia ob admirandam sagacitatem ibidem famosissima. Selymus rex jusserat Brachmanes suos, nomina præcipuorū 12. legislatorum, inter quos Moyses, Mahomet & Christus, in schedis distinctis conscribi; conscripta misit coram proceribus suis in urnam, innuens simio: ut ejus nomen eximeret, cujus religio esset verior & melior, Hic sine mora exemit nomen Christi, & omnibus spectandum exhibuit.

Jussit.

Jussit iterum rex, secretis & soli aulae notis characteribus eadem nomina conscribi, diligenter permixta immitti urnae: sed sumius iterum idem Salvatoris nostri eduxit nomen. Procerum quidam, cum tertio esset idem periculum faciendum, caeterorum nomina immisit urnae, Christi abscondit secreto. Simius jussus repetere delectum, diu versatis schedis, nullam educere voluit. Ad acriorem regis comminationem infrenuit, arreptasq; schedas omnes dilaceravit: apprehensa proceris illius manu, Christi nomen eduxit exhibuitq;. Stupuit rex cum tota praesentium, ultra tria milia aderant, corona, multumq; accessit aestimationi Nominis Christiani ex hoc non tam sumis, quam summi Numinis suffragio. Refert hoc *Thomas Røe Anglicus in descript. legationis suae ad regem Magor* Merito hic rex, seu Imperator dicitur Magnus Mogor, seu Mogol, tum ob amplitudinem imperij sui etiam Chinesis vastioris; tum ob potentiam & opulentiam, quae ad 1500. milliones ascen-

Excursus

ndere tertur  
a educere po  
torum. Re  
um Tamerl  
ultra Indu  
boravit, st  
mete & ido  
inter alio  
S. J. sangvini  
diarum Ap  
Persia, olim  
a Indum p  
oribus clau  
cumcifa,  
equens con  
on paucos  
aret Persis e  
as metropo  
Sinus Per  
t nec urtica  
amen empo  
ta torretur,  
omnum cap  
um in conc  
ensi, & capi  
ad insuper

scendere fertur. Ex sola metropoli Agra educere potest ducenta millia amatorum. Refert genus suum ad magnam Tamerlanem: ditio ipsius à Persia ultra Indum & Gangem extenditur. Laboravit, strenuè in eo regno à Mahomete & idolis ad Christum adducendo, inter alios P. Hieronymus Xaverius S. J. sanguine proximè junctus Magno Indiarum Apostolo S. Franc. Xaverio.

Persia, olim ab Hellesponto usq; ultra Indum porrecta; non longè angustioribus clauditur terminis à Turcis circumcisa, cum quibus de Babylone frequens concertatio. Patitur tamen non paucos Missionarios Catholicos. Paret Persis etiam regnum Ormusi, cujus metropolis, Ormusium, sita in insula Sinus Persici, quàmvis ita sit sterilis, ut nec urticam ferat, opulentissimum tamen emporium est. Æstu sulphureo ita torretur, ut homines noctu sub diosomnum capere cogantur loco lectorum in conchis ligneis seu lîntribus extensi, & capite tenus aquæ immersi. Illud insuper singulare: quòd quo major

ior est solis ardor, eò pluribus se operiant vestibus, & jucundiùs refrigerentur. *Bartoli lib. 5. hist. Asiat.* Expugnavit hanc urbem, regiùq; Lusitano subiecit Magnus Albuquerqueius præter Goam, Malacam &c. sed eam anno 1622. regi Persarum vindicarunt Angli.

Hollandi quoq; ditionem Lusitanorum, adeoq; progressus felicissimos conversionis gentium, valdè arctarunt occupato regno Zeilano opulentissimo, Aurèâ Chersoneso, Malaccâ anno 1641 & anno 1663 Cananore, Couletto, Cranganore, Coccino &c. &c. An præterquam florentissimis hisce regionibus, etiam Paradiso terrestri adhuc gaudeat Asia: controvertunt Interpretes

Sacrarum Literarum.

FERIA VI.

CHRISTO PASSO

Sacra

MEDITATIO

*De Itineribus Christi in negotio salutis nostræ.*

I. **C**onsidera: Cùm in concilio

Divi-



Divinarum Personarum quæretur; *Quem mittam; & quis i-  
bit nobis?* scilicet ad salvandum  
genus humanum: Unigenitus  
DEi sine mora, alacritate sum-  
mâ ad ærumnosissimam expedi-  
tionem se se obtulit, promptius  
multò quàm Isaias c. 6. *Ecce ego,  
mitte me.* Accepto assensu, exul-  
tavit ut gigas ad currendam vi-  
am asperrimam, cruentis vesti-  
giis signandam. Nobis iter est  
non è cælo in terram, sed è ter-  
ra in cælum: & quàm lentè fe-  
stinamus quàm sæpè respicimus,  
inò aliorsum divertimus?

II. **C**onsidera. Itinera Christi  
Infantis, Pueri, Juvenis &  
viri maximè tempore prædicati-  
onis. Qua intentione suscepit il-  
la, quo fervore agebat, qua con-  
stantiâ consummabat! Comites  
indivi-

individui adhærebant illi Paupertas, ærumnæ, calumniæ, persecutiones gravissimæ. Nos quoque sine, & apparatu agimus iter?

III. **C**onsidera: Itinera Christi tempore Passionis. Quo fervore Spiritûs ante Pascha ascendit Hierosolyman, post Cœnam ultimam se contulit ad hortum, post orationem cruentam properavit obviam Judæ & Satellitibus! Quomodo raptatus est in urbem, & ad varia tribunalia; quomodo cruce onustus exivit in montem Calvariæ &c. Nos, dum alicubi quidpiam patiendum est, imitamur Christum an profugos discipulos?

IV. **C**onsidera: quis terminus fuerit viarum Christi? Mons latronum suppliciiis infamis. Quis lectulus pro ultima quie-

Aff  
 viete? Cr  
 Fel & a  
 tio cœlitu  
 quis nobis  
 nendum  
 iter nos  
 Eus nost  
 er suscepi  
 os ipsius  
 AFF  
 erga C  
 Record  
 causa  
 la die.  
 Queren  
 nisi? cruc  
 on sit cas  
 Adoram  
 licimus T  
 rucis &  
 edemisti  
 O Cruc

quiete? Crux. Quæ refectio las-  
so? Fel & acetum. Quæ conso-  
latio cœlitus? Derelictio summa,  
Quis nobis animus est, ad se-  
quendum hunc Viatorem. Ma-  
gister noster est, Dominus &  
DEus noster. Nostrâ causâ hoc  
iter suscepit & sic peragit. Quid  
nos ipsius causâ?

## AFFECTUS PII

erga Christum Passum.

**R**ecordare Jesu pie: quòd sum  
causa tuæ Viæ; ne me perdas  
illa die.

Quærens me sedisti lassus: rede-  
misti crucem passus: Tantus labor  
non sit cassus.

Adoramus Te Christe, & bene-  
dicimus Tibi: quia per mortem  
crucis & acerbissimam Agoniam  
redemisti mundum.

O Crucifixe mi Amor, ne dese-

*ras me nunc, & in ultima mortis lu-  
sta, à qua tota pendet eternitas.*

*Domine Jesu Christe, Deus cor-  
dis mei, rogo te per illa quinque Vul-  
nera, que tibi nostri amor in cru-  
ce inflixit; famulis tuis subveni,  
quos pretioso Sanguine redemisti.  
S. Xaverius.*

*Amor meus Crucifixus est. S.  
Ignat: M.*

*Deus meus pendet in patibulo:  
& ego voluptati operam dabo? S.  
Bernard.*

*Non decet sub spinoso Capite  
membrum esse delicatum.*

*Nolo, Domine, nolo vivere sine  
vulnere: quia Te video vulnera-  
tum. S. Bonavent:*

*Totus mihi figatur in corde, qui  
totus pro me fixus fuit in cruce.  
S. Augustin.*

*Dilexisti me Domine, plus quam  
Te;*

*quia mor*

*bone JE*

*era tua*

*S. Ignat*

*Amor, &*

*Te Cruc*

*rem appell*

*Qui pass*

*riste, mi*

*In fide v*

*me, & tr*

*S. Paul*

*Non mori*

*bo opera*

*Dilectus*

*undus.*

*Dilectus*

*ntemptum*

*mortem*

*otionem,*

*itam &*

Te; quia mori voluisti pro me. Idem.

O bone JESU exaudi me: intra  
vulnera tua Sanctissima absconde  
me. S. Ignat.

O Amor, Amor, Amor! Quid a-  
liud Te Crucifixe JESU, quam A-  
morem appellem? S. Magd. de Paz-  
zis.

Qui passus pro nobis, JESU  
Christe, miserere nobis.

In fide vivo Filij DEI, qui dile-  
xit me, & tradidit semetipsum pro  
me. S. Paulus ad Gal. 2.

Non moriar sed vivam: & nar-  
rabo opera Domini.

Dilectus meus candidus & ru-  
bicundus.

Dilectus meus mihi laborem,  
contemptum, vulnera, sanguinem  
& mortem: Et ego illi fidem, de-  
votionem, honorem & amorem,  
vitam & mortem, & quid non?

## HYMNUS MATUTINUS

1. **A** Moris ò incendium  
Divine Rex amorum!

Omnis boni compendium  
O Christe, Vir dolorum.

2. Ah! parce, quod deliquerim,  
Ignose jam dolenti!

Quòd te cruci confixerim  
Ab; parce pœnitenti.

3. Per ista sacra Vulnera,  
Et sanguinem fluentem,  
Rogo; meum cor vulnera,  
Absolve pœnitentem.

4. Infige menti supplici  
Clavum tui timoris.  
Cor ure flammâ duplici  
Doloris ac Amoris.

## HYMNUS VESPERTINUS

**J**ESU nostra Redemptio,  
Amor & desiderium,  
DEUS, Creator omnium,  
Homo in fine temporum.

Quæ

Quæ te vicit clementia,  
 Ut nostra ferret crimina,  
 Crudelem mortem patiens,  
 Ut nos à morte tolleres.

Ipsa te cogat pietas;  
 Ut mala nostra superes  
 Parcendo & voti compotes,  
 Nos tuo vultu saties. Amen.:

## LECTIO SPIRITUALIS

Ex Thoma Kemp. lib. 2. de Ini-  
 titat: Christi cap. 12.

De Via Regia Sanctæ Crucis.

**D**Urus multis videtur hic ser-  
 mo: Abnega te ipsum,  
 tolle Crucem tuam & sequere  
 JESUM. Sed multò durius erit,  
 audire illud extremum verbum:  
 Discedite à me maledicti in ig-  
 nem æternum. Qui enim modò  
 libenter audiunt & seqvitur ver-  
 bum crucis: tunc non timebunt  
 ab auditione æternæ damnatio-

nis. Hoc signum Crucis erit in cælo, cùm Dominus ad iudicandum venerit. Tunc omnes Servi Crucis, qui se Crucifixo conformaverunt in vita, accedent ad Christum iudicem cum magna fiducia.

Quid igitur times tollere Crucem, per quam itur ad regnum? In cruce salus, in cruce infusio supernæ suavitatis, in cruce robur mentis, in cruce gaudium spiritûs, in cruce summa virtutis, in cruce perfectio sanctitatis. Non est salus animæ, nec spes æternæ vitæ nisi in cruce. Quia si commortuus fueris: etiam cum illo pariter vives. Et si socius fueris pœnæ; eris & gloriæ.

Ecce in Cruce totum constat, & in moriendo totum jacet: & non

on est al  
veram  
si via Sar  
ianæ m  
ala ubi  
nq; volu  
torem vi  
orem via  
crucis. D  
nnia secu  
idere: &  
er aliquid  
e, aut inv  
ber inven  
pore dolo  
nima Spi  
stinebis.  
D  
in Danian  
Invitat n  
Oceano  
liberi à ve  
nerariæ so



non est alia via ad vitam & ad veram internam pacem, nisi via Sanctæ Crucis, & quotidianæ mortificationis. Ambula ubi vis, quære, quodcumq; volueris; & non inuenies altiorem viam supra, nec securiorem viam infra, nisi viam S. Crucis. Dispone, & ordina omnia secundum tuum velle & videre: & non inuenies, nisi semper aliquid pati debere, aut sponte, aut invitè: & ita crucem semper inuenies. Aut enim in corpore dolorem senties; aut in anima Spiritûs tribulationem sustinebis.

DIGRESSIO

*in Daniam, Sueciam, & Moschoviã*  
Invitat nos Dania: ut ex Anglia, & Oceano Germanico, per fretû Sundt, liberi à vectigali ( quòd ibi omnes onerariæ solvunt ) in mare Balthicum il-

labamur, & exscensione facta, invisimus provincias ejus Jutiam, Zelandiam, Fioniam & Seanium. Zelandia, insularum pulcherrima, tredecim hodie monstrat urbes, amplitudine spectandas, elegantia decoras, & munitione robustas: atq; inter has Haffniam metropolim, æquè elegantem & munitam, ac opulentam. Jutia (aliàs *Norvegia & Cimbrica Chersonesus*) veterum Cimbrorum patria est; qui maris exundatione pulsi sedibus suis, Italiam inundarunt, eamq; primùm Romano sanguine largè tinxerunt; mox suo. Ducenta enim, & ampliùs, eorum milia concidit C. Marius, Romamq; ingenti trepidatione & periculo liberavit Maxima hic, mensè Januario, est captura salpæ: qui piscis est de genere asellorum; frigore duratur, non calente sole, & in varias regiones asportatur sarmentis, seu assulis ligneis non melior, nisi scitè paretur.

Equos alit Dania generosos & castellos Melitæos admodum delicatos. Boum quinquaginta millia quotannis

Germanian  
numenta gi  
Heclà igniv  
cis Nahual  
nas, qui in  
)habet 7.  
nenis med  
Ut æmular  
stremus: ips  
archia & L  
us, frigori  
idæ, fere a  
nanior est  
ni Stockh  
Venetiarum  
nomen trah  
episcopalis  
solibus aur  
tissimo int  
In lacu M  
ret longus  
piam aug  
giam amb  
contra qu  
castoreo  
projeceru

*Digressio in Daniam.* 223

in Germaniam mittit. In monte Alberg monumenta gigantum visuntur. Helcâ & Heclâ ignivomis montibus claret: Piscis Nahual ibi capitur, longus 40 ulnas, qui in fronte dentem, (an cornu) habet 7. cubitos prominentem, & venenis medentem.

Ut æmulam Daniæ Sveciam quoq; lustremus: ipsa suadet vicinia. Finno-marchia & Lappia regiones hominibus, frigore & rupibus admodum rigidæ, fere arcent hospites. Gothia humanior est & amœnior. Metropolis regni Stockholmia loco palustri, instar Venetiarum, fixis palis insidet: unde & nomen trahit. Upsallia, civitas Archiepiscopalis, gloriabatur olim & Præfulibus aureis, & templo magnificentissimo intus auro circumquaq; tecto. In lacu Mos serpens aliquando apparet longus cubitos 56. unde sinistri quidpiam augurantur. Litus maris Norvegiæ ambientis obnoxium est balanis: contra quarum furias utuntur nautæ castoreo pharmaco; quod ubi in mare projecerunt, monstra hinc omnia ad

imum recedunt. Gothi audito tonitru,  
ollm jaculabantur in cælum; quasi Di-  
is opitulaturi, quos credebant oppu-  
gnari.

E Svecia in Moschoviam expe-  
ditum est iter, vel per mare Glaciale ad  
portum Archangeli famosissimum ten-  
dendo; quo commercij causâ frequen-  
tes conveniunt Angli potissimum &  
Hollandi: vel terrestri itinere Livoniã  
radendo, prope Narvam, munitionem  
non contemnendam. Provinciã præ-  
cipuã se offerunt Volodimiria, Re-  
zanum, Novogrodia, Ducatus Smo-  
lenscensis (cujus metropolis insigni-  
mœnium crassitie gloriatur) & Kijo-  
viensis, ubi Græca Academia, & in-  
gentes subterraneæ cryptæ, Monacho-  
rumq; copia. Inde amplissimam Si-  
biriã, Zobellarum vivarium & regna  
Cazan atq; Astracan invisere licebit, ac  
per Magni Ducis ditiones usq; ad con-  
finia Tartaro-Sinensis Imperij excur-  
rere:

EXCUR-

Dies  
in  
venerat  
salutem  
riã regi  
ra Cha  
Cham,  
tiã sub  
bus, di  
fraël. A  
prærog  
ab Aqu  
ces mo  
sus usq  
cedit  
horã  
do ab  
medite  
danem  
milliar  
dricho  
Poloni  
Longi

EXCURSIO  
*in Terram Sanctam:*

**D**ies Patienti DEO sacer evocat nos  
 in Palæstinam, ad lustranda &  
 veneranda loca, in quibus operatus est  
 salutem nostram. Nobilissima hæc Sy-  
 riæ regio est, aliàs Chanaanæ, seu Ter-  
 ra Chanaan dicta, à Chanaan filio  
 Cham, filij Nòè, DEI jussu & poten-  
 tiâ subegit eam Josve occisis 31. regi-  
 bus, divisitq; 12. Tribubus filiorum I-  
 fraël. Amplitudo ejus satis exigua, sed  
 prærogativæ amplissimæ. Longitudo,  
 ab Aquilonari civitate Dan, ad radi-  
 ces montis Libani sita, meridiem ver-  
 sùs usq; ad Bersabee civitatem, vix ex-  
 cedit milliaria 67. quæ singula unius  
 horæ itinere confici possunt. Latitu-  
 do ab Occidente & mari magno, seu  
 mediterraneo, in Orientem usq; ad Jor-  
 danem fluvium, non excedit similia  
 milliaria 18. testibus Brocardo & A-  
 drichomio. Ultra Germanica igitur &  
 Polonica milliaria 30. non excurrit.  
 Longitudo Terræ Sanctæ, Sed intra  
 Ks termi-

terminorum tantas augustias infinitum continebat populum, arenæ, quæ est in litore maris, sæpius in Divinis Literis comparatum.

Idonei Authores apud Lancicum Opusc. 20. n. 58. tempore David, solum Sacerdotum numerant ibi plura quàm centum viginti millia: Sacerdotum verò & reliquorum Levitarum plura quàm septies centena millia & 20 millia. Quod regnum Christianum, licet decuplo majus, totalit Christi Ministros? Et tamen queruntur politici: regna gravari multitudine Spiritualium, eorumq; nimias esse opes. Sacerdotum & Levitarum illorum longè fuisse majores, demonstrat idem Lancic. à n. 61 productis 20. speciebus variorum proventuum, jure Divino ipsis assignatorum. Non divitiæ Spiritualium, sed avaritia Sæcularium, luxus, fraudes & rapinæ exhauriunt, & exinaniant regna.

Elogium *Terræ lacte & melle manantis* sortita est Palestina ab ipso DEO, ob singularem cæli temperiem, àeris

*Excursio in Terram S.<sup>a</sup>* 227

àeris salubritatem, pecorum, avium, piscium, frumenti, vini, olei, sacchari, balsami, ficuum, malorum granatorum copiam, amœnissimorum camporum, montium, fluviorum, nemorum, urbium, castellorum, pagorum, hominum frequentiam, omnium deniq; rerum abundantiam: ut cum ipso Paradiso in certamen venire potuerit; siquidem, illi nec Lignum vitæ defuit, Crux nempe vivifica Salvatoris.

At sublimius est elogium *Terra Sanctæ*, quo beatissima illa regio celebratur, eò, quòd non solum Patriarcharum fuerit colonia, Prophætaram domicilium & sanctissimorum regum patria: sed ipsum Caro factum DEum exceperit nascentem aluerit natum, cum hominibus conversantem portaverit; quòd sedenti solium, oranti scabellum, dormienti culcitra & cervical fuerit; quòd sola mysteriorum maximorum conscia, divinis & lachrymis & sudoribus, & sanguineis fontibus sanctificari meruerit; quòd

quem vivum velut ulnis portaverat, mortuum triduo visceribus suis gestaverit, & rursus vivum mundo restituerit, deniq; gloriosissimum Triumphatorem cœlo reddiderit, pro ipso Divinum Paracletum receperit, & Apostolorum prædicatione virtutibus, miraculisq; prima fuerit exulta & illustrata.

Tam nobilis, & ad invidiam usq; totius orbis terrarum honoratæ regionis, flos, gemma & corona fuit Hierosolyma. Civitas DEI electa, fundata in montibus sanctis, felicissima cœli soli; bonitate, ædificiorum splendore admiranda, Domina gentium à rivulo Ægypti usq; ad fluvium magnum, seu Euphratem; deniq; divino oraculo *Urbs perfecti decoris, Gaudium universæ terræ* Thren. 2. Figura militantis & Triumphantis Ecclesiæ. Apoc. 21. Condita primum fertur à Melchisedech rege & Sacerdote, atque Hebraicè dicta *Salem* Græcè *Solyma*; quam deinde occuparunt Jebusæi, possederuntque annis

is 800. C  
rege &  
r. Arcer  
nam in  
templum  
simum  
arribus,  
& candid  
rnarunt:  
miracul  
s., addi  
sanctæ:  
Hoc o  
Hierosoly  
bens circ  
rum, &  
lapide ex  
ditate, l  
commora  
150 milli  
cupavit  
buchodo  
arx Sion  
erusalem  
mons in  
rit in s



nis 800. & amplius, donec à Davide rege & populo Israel expugnaretur. Arcem munitissimam & amplissimam in ea ædificavit rex David, Templum admirandum & opulentissimum Salomon, alij reges palatijs, turribus, ædificijs, quorum pleraquæ ex candido marmore erant, ita exornarunt: ut inter totius orbis urbes miraculum esset, inquit Adrichomius, additq; in suo Theatro Terræ Sanctæ.

Hoc ornatu & splendore floruit Hierosolyma annis 400 & ultra, habens circuitum quinquaginta stadiorum, & per gyrum urbis fossam in lapide excisam, 60 pedum profunditate, latitudine verò 250. in qua commorabantur hominum circiter 150 millia. Per impietatem populi occupavit eam, & funditus evertit Nabuchodonosor rex Babylonis ita, ut arx Sion quasi ager araretur, & Hierusalem unus lapidum acervus esset: mons in quo templum fuerat, abiit in sylvam & teste Hieronymo,

nec avis volaverit, nec bestia transferit per eam. Post 70. annorum desolationem, favente Cyro Persarum & Medorum rege, urbs restaurata est à Neemia, & postea à Machabæis & Herode magnificè exornata una cum Templo: floruitq; gloriosa, donec in vindictam Divini Sangvinis, à Tito Vespasiano everteretur funditus, cæcis undecies centenis Judæorum millibus. Tres solùm integræ relictae sunt turres speciosissimæ ab Herode extructæ; ut monumentum essent perpetuum fortitudinis Romanorum, & impietatis Judæorū. Sed has ipsas post annos 65. rebellantibus Judæis domitis, diruit Ælius Adrianus Imp. jussitq; locum civitatis aspergi sale. Aliam tamen priorī vicinam ædificavit civitatem, intra ejus mœnia includendo montem Calvariæ & Sepulchrum Domini, quam *Æliam Capitolinam* vocari voluit. In fronte portæ, qua Bethlehem ibatur, suam in marmore sculpsit ad ignominiam Judæorum. quibus

Exo  
 quibus  
 em illam  
 & loco  
 ent,  
 Deven  
 Christian  
 tantini  
 carium,  
 lini liter  
 gnificen  
 Domini  
 anno 32  
 que Æli  
 roso yma  
 li Sede  
 636 à S  
 ta, & p  
 à Chris  
 Bullion  
 ra 9 q  
 diurna  
 Post 88  
 à Salad  
 ne occ  
 sti 1517  
 subacta

*Excursio in Terram S.* 231

quibus & edicto prohibuit: ne urbem illam amplius introirent, aut ex loco aliquo eminentiore aspicerent,

Devenit ea postea in potestatem Christianorum & jam tempore Constantini M. Episcopum habebat Macarium, ad quem ejusdem Constantini literæ de extruenda Basilica magnificentissima in loco Sepulchri Domini, extant apud Baronium anno 226 n. 31 ex Eusebio: sublatoquæ *Æliæ Capitolinæ* nomine, *Hierosolyma* est dicta, atquæ Patriarchali Sede honorata. Sed anno Christi 636 à Saracenis Ægyptiacis occupata, & possessa fuit: donec anno 1099 à Christianis, duce Godefrido de Bullion, recuperata fuit, feria 6 hora 9 qua Christus expiravit. Sed non diuturna fuit Christianis ea felicitas. Post 88 annos nova illa Jerusalem, à Saladino Ægypti Soldano deditone occupata est: anno autem Christi 1517, à Selimo Turcarum Imp. subacta est. Vocatur à Turcis *Cuzumobe-*

*mobarech* seu *Codsbarich* id est Urbs  
sacra.

*Veteris Hierosolymæ Loca cele-  
briora fuerunt.*

I. **M**ons Sion, alias Mons Do-  
mini, & mons Sanctus; qui  
cæteris omnibus montibus eminebat  
& Australem urbis tractum occupa-  
bat. In solida rupe fundatus, verti-  
cem habebat insigni planitie amœ-  
num, in quo David sibi Arcem, &  
Fortibus, seu Heroibus suis civitatem  
ædificavit dictam *Civitas David*, mœ-  
nibus, turribus, & horribilibus præ-  
cipitijs munitissimam, solaq; fame  
subigendam: sed à Tito Vespasiano  
sine ulla sanguinis effusione subacta  
est, Judæis consternatis diffugientibus.  
In hac Civitate David seu superio-  
re, erat Cænaculum illud magnum  
& stratum, in quo cum discipulis su-  
is Christus ultimam cœnam sumpsit,  
Sacramentum V. Eucharistiæ institu-  
it, post Resurrectionem discipulis ap-  
paruit, & postea Spiritum S. misit.

Ibi-

Excursus

idem erat  
in Caiphæ  
a DElpara  
m S Joann  
lchrum D  
da; Taber  
tum, in  
te templum  
regis ad  
um &c.

Civitas  
vora  
te David,  
eris passim  
pabat meo  
meridie ha  
septemtrio  
Novam,  
ivitate vic  
quo Abra  
re jussus e  
onis in eo  
perâ 153 m  
nus Saltus  
emore, vi  
&c. à Salon

Ibidem erat Domus Annæ & palatium Caiphæ Pontificum; Domus in qua DEIpara V. post Christi mortem cum S Joanne Evang. habitavit; Sepulchrum Davidis & aliorum regum Juda; Tabernaculum Sion pellibus tectum, in quo Arca deposita fuit ante templum constructum; Torcularia regis ad exprimendum vinum regium &c.

II. **C**ivitas Inferior, quæ ingenti voragine à Superiore Civitate David, dividebatur, in scripturis sacris passim appellata *Filia Sion*, occupabat medium totius urbis. Nam à meridie habebat Civitatem David, à septentrione Civitates Secundam & Novam, de quibus infra. In ea Civitate videbatur 1. Mons Moria, in quo Abraham filium Isaac immolare jussus erat, 2. Templum Salomonis in eodem monte constructum, operâ 153 millium hominum, 3. Domus Saltus Libani cum amœnissimo nemore, viridarijs, fontibus, piscinis &c. à Salomone constructa, 4. Pisci-

na probatica, in qua victimæ litandæ lavabantur, & ægri ad commotionem aquæ ab Angelo, sanabantur; pro quorum commoditate porticus habebat opportunas. 5. Palatium Salomonis sumptuosissimum: & prope illud Palatium reginæ, filix Pharaonis. 6. Palatium Machabæorum loco præcelso 7. Palatium, seu Prætorium Pilati, aliorumq; præsidum Romanorum, in loco ita eminente situm, ut 28 gradibus marmoreis ad illud ascenderetur: per quos cum Christus D. in Passione sua bis ascenderit, descenderitq;, & partem etiam aliquam Sangvine suo, post flagellationem & spineam coronationem tinxerit (quæ nunc cancellis est inclusa) Romani translati sunt, & prope Basilicam S Joannis Lateranensis constituti, magna piorum devotione flexis genibus ascenduntur, atq; *Scala Sancta* appellantur. Huic palatio contiguus est Xystus, seu ambulacrum lapideum præaltis columnis impostum per modum pontis; per quod ad Ar-

Arce  
Pratorio.  
zses alloq  
um; & Pila  
rissimè flag  
ntoniam; q  
sachabæi  
ertit Hero  
Antonij s  
ppellavit q  
um, capar  
b eodem H  
ructum. id  
Concilij Sa  
II. C  
I  
p  
fita, & ab  
ta: quam  
magnificen  
Ascalonitæ  
tatus fuit  
Galileæ, a  
VI. C  
I  
cundæ Sep  
& turribu

ad Arcem Antoniam erat transitus  
 è Prætorio. Ex hoc Xysto solebat  
 Præses alloqui populum infra colle-  
 ctum; & Pilatus monstravit JESUM  
 dirissimè flagellatum, *Ecce homo* 8. Ars  
 Antonia; quam ex palatio Hyrcani  
 Machabæi in Arcem munificentissimam  
 vertit Herodes, & in gratiam Mar-  
 tij Antonij sibi amicissimi, Antoniam  
 appellavit 9. Amphitheatrum amplissi-  
 mum, capax 80 millium spectatorum  
 ab eodem Herode de Ascalonita, con-  
 structum. 10. Curia 70 Seniorum, seu  
 Concilij Sanhedrim. &c.

III. **C**ivitas secunda, à latere Se-  
 ptemtrionali Filiæ Sion po-  
 sita, & ab eadem muro turrato sejun-  
 cta: quam potissimum commendabat  
 magnificentissimum Palatium Herodis  
 Ascalonitæ; in quo Christus præsen-  
 tatus fuit Herodi Antipæ, tetrarchæ  
 Galileæ, ab eo illusus.

VI. **C**ivitas Nova, dicta *Bezetha*  
 Herb. adjacens Civitati Se-  
 cundæ Septemtrionem versus, muro  
 & turribus ab eadem distincta. Hanc  
 potissi-

potissimum incolebant lanæ venditores, fabri ærarij, alijq; artifices, eratq; ibi vestium mercatus.

V. **V**ia Crucis: quam scilicet Christus morti adjudicatus à Prætorio Pilati, cruentis gressibus, usq; ad montem Calvariæ confecit. Huic viatores Christianos vel maxime intentos esse oportet. Describit eam Adrichomius sic: Incipiens Salvator à palatio Pilati, per 26 gressus qui faciunt 65 pedes ad locum processit, ubi crux ei imposita est. Inde processit versus Calvariam inter Septentrionem & Occidentem sitam, per 80 gressus, seu ducentos pedes, ubi primò cum Cruce cecidisse, traditur. Ultra progressus per 60 gressus & tres pedes, seu 153 pedes, obviam habuit SS. Matrem suam cum S. Joanne. Rursus per 71 gressus & semiquipedem, sive 179 pedes procedens, pervenit ad trivium quoddam; ubi Simon Cirenæus coactus est crucem portare post eum. Confectis inde 191, gressibus cum semipede, seu



*Excursio in Terram S.* 237

478 pedibus, ab occurrente Veronica sudarium accepit. Postea per 336. gressus & duos pedes, seu 842 pedibus, attigit portam Judicariam, in ipsius Urbis mœnibus sitam, ubi rursus cum cruce lapsus fertur. Inde Saxosâ & paulatim ascendente viâ septentrionem versus processit extra urbem per 348 gressus & duos pedes, seu 872, pedes, ad bivium quoddam, ubi mulieres plorantes allocutus est. Tandem per 161 gressus & sesquipedem seu 404 pedes, accessit ad radicem montis Calvariaë ubi ultimò cecidit. Mox per 18 gressus, seu 45 pedes, attigit locum in quo à lictoribus vestibus spoliatus, & vino myrrhato, felle mixto, potatus est. Dehinc post 12. gressus sive 30. pedes, clavis cruci affixus est. Denique per 14. gressus; seu 35. pedes, delatus est ad locum, ubi cruce in foramine rupis fixâ, sublatus est in altum JESUS, spectaculum inauditum futurus DEO, Angelis & hominibus A palatio itaque Pilati usq; ad locum crucis sunt gressus 1321. seu pedes,

pedes, 3303. Porrò in pede sexies continetur: sequens linea juxta Adrich,

VI. **E**Xtra Urbem celebriora loca fuerunt 1. Torrens & Vallis Cedron, quæ etiam *Vallis Josaphat*, inter Urbem & Montem Oliveti sita, 2. Fons *Siloe* ex radice montis Sion scaturiens collectus in piscinam seu *Natatorium Siloe* 3. Hortus Regius in suburbanis, qui & Conclufus dicebatur 4. Mons Oliveti, seu Olivarum ad latus urbis Orientale ad cujus radices erat *villa Gethsemani*, ultra quam vicinus, sed paulò eminentior, *Hortus Oliveti*, 5. Bethania, castellum Lazari, paulò ultra montem Oliveti, 6. Ad latus urbis Septemtrionale mons Calvaria, eiq; propinquum Sepulchrù Domini, qui est super omnia DEUS gloriosus in sæcula,

SABBATUM.

DEIPARÆ VIRGINI

Sacrù

MEDITATIO.

De va-

*De varijs DElpara Virginis Itineribus.*

I. **C**onsidera: Iter Virginis partui proximæ, ex civitate Nazareth in Bethlehem, dolore pariter ac gaudio plenum, ob natum mundo Salvatorem, sed loco & tempore incommodissimo. Et nobis itinerantibus passim occurrit varia dolendi atq; gaudendi materia. Ferenda utraq; moderatè.

II. **C**onsidera: Quo animo DElpara V. acceperit persecutionem Herodis, profecta sit in Ægyptum, & post annos aliquot commorationis inter idololatrias, redierit in patriam. Poterant inde variæ cogitationes & affectus ascendere in corde ipsius: at illa in omnibus suspiciebat Sapientissimam Providenti-  
am

am Divinam, eiq; plenè acquiescebat: prout & nos decet.

III. **C**ONsidera dolorem ejus in itinere Hierosolymitano de amisso Filio, sollicitudinem in eodem quærendo, gaudium de invento. Sic in humanis constanti vicissitudine alternant tristitia & læta. Mature parandus utriusq; animus. Summa curarum nostrarum sit: ne amittamus **JESUM**; amissum recipiamus quanto cyus.

IV. **C**ONsidera comitantem sæpè, tempore prædicationis, Filium; variis unà cum ipso à Judæis appetitam conviciis & persecutionibus; occurrentem Filio, bajulanti sibi crucem; ascendentem cum ipso montem Calvariæ, & morienti in cruce interlatrones (ô quale quantumq; obje-

objectum!) assistentem; tandem post emensum mortalitatis iter, tam arduum, gloriosissimè in cælum migrantem, atq; ad Filii dexteram confidentem. Si similem viæ vitæ nostræ optamus terminum: simili passu itinerandum. Tu, ô Gratiofissima, iter paratum: ut videntes JESUM semper collætetur.

## AFFECTUS PII

erga DEiparam Virginem.

**JESUS & MARIA** dulcissimi  
Amores mei. Patiar ego, moriar ego, amore vestri. Totus sine vester, nullus meus.

*Dum vixero, Te diligam cum  
Filio MARIA.*

*O pulcherrima inter mulieres,  
omnes mei amores ardent Tibi.*

*Soli Parenti Virgini mei calent  
amores. Hic nulla pars Cupidini:*

L

*fædi*

*fœdi procul calores.*

*Una es Formosa mea, Amica  
mea, Columba mea.*

*Amo te, quæ tam formosa, mea  
Gemma, mea Rosa.*

*O Mater pulchra dilectionis, for-  
ma, reforma amores meos.*

*O Clemens, ô Pia, ô dulcis Vir-  
go, MARIA!*

*Glorifico, veneror, Te Maxima  
& Optima Matrum.*

*Tu letitia Israël, Tu honorifi-  
centia populi DEi, Tu gaudium  
universæ terra.*

*Tu es illa Speciosa, qua nulla  
est pulchrior.*

*Tu es illa Victoriosa, qua nul-  
la est fortior.*

*Tu es Gratiiosa, qua nulla est  
dulcior.*

*Exaltata es S. DEi Genitrix  
super choros Angelorum ad cele-  
stia regna.*

Tonate

virgini lau-

Pulchra

lagna es.

Omni d

audes an

Mater

Monstr

rate Ma

Adte c

Vitam

utum: ut

per collate

HYMN

Quem

Colu

Trinam r

Claustrum

Cui lux

Deserviu

Perfusa

Gestant

Tonate celi desuper; & date  
Virgini laudem.

*Pulchra es, & amabilis nimis!*  
*Magna es, & laudabilis nimis!*

Omni die dic *MARIÆ*, mea  
laudes anima.

*Mater DEi, memento mei.*

*Monstra te esse Matrem. Mon-*  
*strate Matrem.*

*Ad te clamamus exules filij Eva.*

*Vitam presta puram; iter para-*  
*tutum: ut videntes JESUM, sem-*  
*per colletemur.*

### **HYMNUS MATUTINUS**

**Q**uem terra, pontus, sidera,  
Colunt, adorant, predicant,  
Trinam regentem machinam,  
Claustrum *MARIÆ* bajulat.

Cui luna, sol, & omnia,  
Deserviunt per tempora,  
Perfusa celi gratia,  
Gestant Puella viscera.

Beata Mater munere,  
Cujus supernus Artifex,  
Mundum pugillo continens,  
Ventricis sub arca clausus est.

Beata celi nuntio,  
Fœcunda S. Spiritu,  
Desideratus gentibus,  
Cujus per alvum fusus est.

JESU tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre & almo Spiritu,  
In sempiterna secula. Amen.

## ALIUS.

**M**undi deliciae salvete,  
Virgo, & proles Virginis,  
Salvete millies, JESUS & MARIA.

Tu rubus ardens es, MARIA:  
Ureris & non combureris,  
Nam rubi flâma est Filius MARIE.

Tu Arca fœderis, MARIA:  
Corruptionis nescia,  
Sed Arcæ Manna est Filius MARIE.

Tu



Tu radix Jesse es, MARIA:  
 Virgo & Virga florida,  
 Sed virga Flosculus Filius MARIAE.

Tu Thronus regius, MARIA:  
 Divinae artis Specimen,  
 Sed Throni Salomon Filius MARIAE.

Tu Dei Templum es, MARIA  
 Non ictus in Te resonat,  
 Sed Templi Ara est, Filius MARIAE.

Tu mundi Oculus, MARIA:  
 Luna & Sole clarior,  
 Pupilla oculi Filius MARIAE.

Tu mundi calum es, MARIA:  
 Quo bonum omne clauditur,  
 Sed celi Gaudium Filius MARIAE.

Tu celi Janua, MARIA:  
 Per Te in calum via est,  
 Sed Clavis januae Filius MARIAE.

Tu mundi Corculum, MARIA:  
 Amoris domicilium,  
 Sed cordis Centrū est Filius MARIAE

Cor meum valeas, MARIA:

Te Vita DEUS animat,

Tu JESU, Anima cordis mei, Vale.

HYMNUS VESPERTINUS

**A**ve maris Stella,

DEi Mater alma,

Atq; semper Virgo,

Felix celi Porta. &c.

ALIUS.

**M**.ARIA celi gaudium, ter-  
ra delictum,

Te placet affari: sat nequis amari.

Tu pectore capto & animo raptō,

Me totum vendicas.

Os tuum merus Hortulus; sed  
in hoc hortulo.

Sunt dua formosæ, tua labia Rose;

Ex illis, per illas, sermonem distillas

Plus quàm Rosaceum.

Si tua spectem lumina, sunt duo  
sidera:

Ex quibus amœna sub luce, serena,

Quot spicula jadis, tot vulnera facis

Vivit

Vivit qui tangitur.

Tu omni flore pulchrior, excel-  
lis omnia:

Tibi lilia soli, conchylia sali,  
Argentea, aurea, gemmea poli  
Cedunt & sidera.

MARIA meum gaudium, quod  
corde nutrio:

Incendium grave sed blandum & suave,  
Ab! Divi augete, excipiam letè  
Diducto pectore.

Post DEUM, mihi omnium Vo-  
torum meta es:

Dum spero, dum spiro, MARIAM requiro  
Hac spiculo jacto & vulnere facto,  
Mi rapit animam.

LECTIO SPIRITUALIS.

De Invocatione DEiparæ Vir-  
ginis.

Ex Homil: 2. S. Bernardi su-  
per Missus.

Loquamur pauca & super hoc

Nomine (MARIA) quod interpretatum *Maris Stella* dicitur, & Matri Virgini valde convenienter aptatur. Ipsa namq; aptissimè sideri comparatur. Quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium: sic absq; sui læsione Virgo parturit Filium. Nec sideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa igitur nobis illa stella ex Jacob orta: cuius radius universum orbem illuminat; cuius splendor & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quàm corpora, fovet virtutes, excoquit vitia. Ipsa inquam, est præclara & eximia Stella, super hoc mare magnum & spatiosum necessariò sublevata, micans meritis

tis, illu  
quis te  
proflu  
& tem  
per ter  
tas ocu  
ris, si n  
insurga  
ineutra  
respice  
Si irac  
carnis  
cufferit  
RIAM  
tate tu  
ditate  
pertern  
forberi  
byffo:  
riculis,  
bis M  
AM in

tis, illustrans exemplis. O quis-  
quis te intelligis in hujus sæculi  
profluvio, magis inter procellas  
& tempestates fluctuare, quàm  
per terram ambulare: ne aver-  
tas oculos à fulgore hujus fide-  
ris, si non vis obrui procellis. Si  
insurgant venti tentationum, si  
incurras scopulos tribulationum:  
respice Stellam, voca MARIAM.  
Si iracundia, aut avaritia, aut  
carnis illecebra, naviculam con-  
cusserit mentis; respice ad MA-  
RIAM. Si criminum immani-  
tate turbatus, Conscientiæ fœ-  
ditate confusus, judicij horrore  
perterritus, barathro incipias ab-  
sorberi tristicitiæ, desperationis a-  
byssis: cogita MARIAM; In pe-  
riculis, in angustijs, in rebus du-  
bijs MARIAM cogita, MARI-  
AM invoca. Non recedat ab o-

re, non recedat à corde, & ut impetres ejus orationis suffragium, non deferas conversationis exemplum. Ipsam sequens non devias; ipsam rogans, non desperas; ipsam cogitans non erras; ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis; ipsa duce non fatigaris; ipsa propitiâ pervenis: & sic in temetipso experiris; quàm meritò dictum sit: *Et Nomen Virginis*  
*MARIA.*

### DIGRESSIO

*In Poloniam, Litvaniam,  
 & Prusiam.*

**P**Olonia regnum, & M. Ducatus Litvania, ut olim Sparta, non tam moenium mole, urbiumq; munitione, quàm fortibus viris, splendoreq; Nobilitatis gloriantur; cujus summum, & vitâ charius, decus est *Aurea Libertas*, & affinis ipsi liberi oris facundia, qualem

lem vel in  
 mo regum,  
 rat, ac Rex  
 quenti splen  
 natores regi  
 rat Starovo  
 se distincto  
 latinos, Ca  
 ores; uti tu  
 rii, Thesaur  
 & Curia.

Amplitu  
 periti nonn  
 tiam incola  
 Sed vel inc  
 quò ad Ele  
 pum Marti  
 fluant mult  
 lia Solius  
 nonnulli  
 riq; numer  
 mi millibus  
 tum è mill  
 Adde subd  
 sticorum,  
 fos: adde

lem vel in medio Latio quæsieris. Nemo regum, in Europa tam latè imperat, ac Rex Poloniæ: nemo tam frequenti splendidoq; stipatur Senatu. Senatores regni, opibus potentes, numerat Starovolscius 147. quadruplici classe distinctos: scilicet in Episcopos Palatinos, Castellanos, & Officiales Majores; uti sunt Marechalli, Cancellarii, Thesaurarii Regni, M. Ducatus L. & Curia.

Amplitudini ditionis detrahunt imperiti nonnulli, objectantes infrequentiam incolarum, & copiam sylvarum. Sed vel inde facilè arguuntur erroris quòd ad Electoralia Comitata in Campum Martium prope Varsaviam confluant multò plura, quàm centum millia Solius Nobilitatis. Quamvis verò nonnulli tenuioris sint fortunæ: pleriq; numerosis gaudent subditis, plurimi millibus; non pauci justum exercitum è millibus suis scribere possunt. Adde subditos Spiritualium, Ecclesiasticorum, Religiosorum, sanè numerosos: adde incolas civitatum, Judæos,

Tartaros &c. Anno 1697. initio in M. Ducatu Litvaniæ censu, inventi sunt 257254. Foci eorum tantum qui ad Contributiones publicas tenentur. Ubi Ecclesiastici, ubi Nobilitas, Milites, & famulorum agmina &c.? Deinde ad unum Focum, quot spectant capita? Olim Magno Duci Litvaniæ non erat operosum, trecenta & amplius hominum millia in aciem educere: quæ potissimum suppeditabat Vilna metropolis.

Alter non levior error est Geographorum, qui nescio quem antiquorum secuti, eadem nunc facie representant Poloniam Litvaniamq; , qua olim squallebant: cum interea, allaborante cultiore tempore, longè alium induerint cultum, præsertim ante ruinas, in quas à Moscho & Sveco nuper sunt conjectæ; è quibus sensim, nec rarò cultiores, emergunt. Non desunt sua decora Cracoviæ, non eæ jam lignea Vilna; habet quibus superbiat, magnifica palatia regum sedes Varsavia: quin tota regio passim aulis nobilium, ceu  
cam-



campus amœnus vernantibus flosculis,  
est distincta. Quod scribitur: Litvani-  
am adiri non posse nisi hyemali tem-  
pore vel ignorantia est, vel impudens  
maledicentia. Quamvis enim non de-  
sunt loca quædam palustria; quanta hæc  
pars Litvaniæ? Commeamus ultro ci-  
troq; quovis anni tempore: nec audî-  
tur de funeribus demersorum viatorû.

Sed missis hisce imperitorum ine-  
ptijs, lustremus cursim memorabilia  
Poloniæ: Salisfodinas Bochnenses &  
Veliscenses, ubi marmorum loco  
columnæ salis eruuntur; fodinas ni-  
tri apud Visliciam, cupri & carbo-  
num apud Tentinum; chalybis apud  
Podolentiã; ferri apud Olstiniã &  
alibi; plumbi & argenti (imò & au-  
ri) in Palatinatu Cracoviensi & Sen-  
domiriensi; marmorum omnis gene-  
ris colorum apud Seleciam. Invisa-  
mus Cracoviæ Basilicam D. Stanislai  
Ep. M. ubi se offerent duo ex soli-  
do argento altaria, alterum à Sigif-  
mundo I. Rege, alterum ab Anna  
regina constructum. Observemus: ut

in eadem Ecclesia nunquam est silentium, sed semper alternantibus choris, diu noctuq; resonant DEI laudes; & inter centum quotidiana sacrificia, octo sint cantata; inter mille & 18. templa Diocesis Cracoviensis, novem sint Collegiata. Ipsos miremur harum regionum agros eâ frumenti copiâ abundantes; ut fere tantum varijs emporijs importetur, quantum alendæ Europæ sufficit.

Cætera prætereuntes tandem in *Prussiam* nos recipiamus: regionem scilicet, quam Natura & Ars singulari studio excoluisse videntur; ut jam certent fœcunditas agrorum atq; lacuum plurimorum, cum frequentia & elegantia civitatum; volucres cæli cum piscibus maris, industria hominum cum naturæ sagacitate, Prussia Brandeburgica cum Polona, Portus opportunissimi cum navium copia, Regiomontum cum Gedano, Elbinga cum Thorunio: ubi ejectis ex ædibus sacris Sanctorum lipsanis, in heterodoxo Gymnasio civitatis religiosè

Digre

tiôsè asser  
tole in tab  
majori adm  
niensis Episc  
mp. Princip  
atholicorum

E

In Asia

India div  
cis Gang  
gem Illam  
nac multis  
ta, nunc f  
usq; discrim  
meretur, fl  
solum maxi  
utpote au  
veterum E  
num è 4.  
cris Literis  
ejus latitud  
quinq; m  
Oritur è  
& per Imp  
Indostan

giosè asservantur duæ Ciceronis Epistolæ in tabulis cereis scriptæ. At majori admirationi est: quòd Varmiensis Episcopatus, Episcopo S. Rom. Imp. Principe inclytus, in medio A-catholicorum, vigeat incorruptus.

## EXCURSIO

### *In Asiam ultra Gangem.*

**I**ndia dividi solet in eam, quæ est cis Gangem, & quæ est extra Gangem. Illam lustravimus Feriâ quintâ; hæc multis sæculis Europæ fere ignota, nunc spectanda venit. Ipse utriusq; discriminator Ganges spectatorè meretur, fluminum Asiæ totius non solùm maximus, sed & opulentissimus, utpote aurifer & gemmifer. Multi veterum Patrum censuerunt, esse unum è 4. Paradisi fluminibus, in sacris Literis *Phison* dictum. Minima ejus latitudo est duorum, maxima quinq; milliarium Germanicorum. Oritur è montibus Tartariæ magnæ, & per Imperium magni Mogolis quod *Indostan* dicitur, illabitur in vastum Oceanum.

Oceani Orientalis Sinum, qui ab eo Gangeticus dicitur. Debet id orbis Europæus inclytæ Lusitanorum nationi; quòd postremis hisce sæculis ipsi innotuerunt etiam extrema Indiæ ultra Gangem, imò ipsa à tota continente avulsa Japonia.

Celebriora ultra Gangem regna sunt Bengala, Pegu, Siam, Camboia, Tunquin, Cocincin, Chersonesus Malacensis, deinde Imperium Chinense.

Bengala paret nunc Magno Mogoli: incolas habet omnibus vitijs scatentes, sed quæ putant omnia elui, si in flumine Gange, cujus originem è Paradiso ducunt, se lavent. Non admittuntur autem ad hoc lavacrum, nisi priùs certo pretio regi persoluto.

Regnum Pegu vastum est & opulentum: ingens ibi elephantum copia, qui fame cicurantur. Incolæ colunt duos Deos, bonum & malum: Christiani quoq; nonnulli reperiuntur.

Siam regnum ad 300. miliaria extenditur in longum, ad 160. in latum;

nego-

goriatione  
s populis  
is, operã  
te JESU t  
a ibidem  
lùm bapti  
n per leg  
mo Alex  
ialem detu  
esiz gaudi  
ge, success  
ni fidem &  
romoveban  
ssit. Eleph  
tur, ad pr  
Malacensis  
ta, finitima  
ropolis ejus  
agnata an  
ta ab Hol  
nagnaq; mi  
ndiarum A  
erius: sexce  
umeravit  
efunctus n  
Nam corpu

*Excursio in Asiam &c.* 236

negotiatione cum Chinenſibus & alijs populis dives. Ante paucos annos, operâ Miſſionariorum è Societate JESU tam feliciter res Chriſtiana ibidem proceſſerat. ut rex non ſolum baptiſmum ſuſceperit, ſed etiam per legatos ſuos pontifici Maximo Alexandro VIII obedientiam filialem detulerit. Sed breve id Eccleſiæ gaudium fuit. Deſuncto enim rege, ſucceſſor ejuſdem Gallos omnes qui fidem & negotiationem ſuam ibi promovebant toto regno faceſſere juſſit. Elephantes bis mille alere dicitur, ad prælia doctos.

Malaceniſis Chérſoneſus, Aurea dicta, finitima eſt Siamenſibus. Metropolis ejus Malacca à Luſitanis expugnata anno 1511. ſed hiſ adempta ab Hollandiſ anno 1641. Multa magnaq; miracula ibi operatus eſt Indiarum Apoſtolus S. Franciſcus Xaverius: ſexcentra intra paucos meſes numeravit Epiſcopi Vicarius. Etiam deſunctus non deſijt eſſe beneficus. Nam corpus ejus Malacam delatum è San-

è Sanciano insula, sævissimam pestem illico extinxit, ac veluti tot mortuos suscitavit, quot vivos servavit. Aureæ nomen obtinuit ea Península, tum ab auri fodinis, quibus abundat, tum à perpetuo vere, & negotiatorum ex tota Asia concursu.

Camboyæ regnum, Siamonfi terminum, incolas habet minus male, quàm alibi moratos, Mahometis seclæ addictos. Homicidia, furta, adulteria ibi nulla; plebeij unâ contenti sunt uxore.

Tunquinum & Cocincina provinciæ fuerunt Imperij Chinenfis: sed jam excusso jugo regna sunt, cum ea tamen conditione; ut quovis triennio congruis muneribus Imperatorem colant Sinensem. In Cocincinam illatum semen Evangelij 1614 insignes fructus tulit; quos etiam persecutionis bruma acrior non decoxit. Anno 1663 & seqq. non pauci sanguine proprio purpurati cælum sunt ingressi. In regno Tunquin insonuit tuba Evangelij primùm anno 1626.

tan-

tantumq; valuit in animis indigenarum: ut ad annum 1639 fere centum millia ad Christum transierint, eiq; mirâ constantiâ adhæserint, sæpiùs proscriptis Evangelij prædicatoribus. Singularis est in hac gente propensio ad pietatem, aliasq; virtutes, præsertim Castimonix studium.

China, seu Imperium Sinense, grande quoddam compendium est totius Asiæ, & fere orbis terrarum, præsertim hac ætate, qua Tartariam quoq; Magnam complectitur, & jam magna ex parte Christianum est. China ipsa ultro 600. millia Germ: à regno Siam & Funquin protenditur usq; ad Oceanum: latitudine fere pari. Separat illam à Tartaria portentosus murus totidem milliarium, 60. pedes altus, 15. latus; qui per montes, vales, prærupta, & vasta flumina ab Oriente in Occidentem æquabili tractu excurrit. Centena millia præsidiorum assistebant perpetuo eidem muro, ad arcendos Tartaros. Nihilominus hi, non violentâ invasione, sed ultro-

ultroneâ invitatione ad compefcendos rebelles quosdam, occuparunt imperium Sinenſe circa annum 1640. Domitis enim rebellibus, laboris ſui non aliud admiferunt præmium, quàm ipſum imperium, quod etiamnum poſſident. Unde potentiffimus in orbe terrarum princeps nunc eſt Imperator Sinenſis, cùm etiam Tartariæ Magnæ in qua inter alia Catayæ regnum ampliffimum, dominetur. Rei Chriſtianiæ commodior eſt Tartarorû gubernatio & jam modernus Imperator edicto publico, quod per annos 100. impetrari non poterat, copiam fecit per totum regnum prædicandi & ſuſcipiendi Evangelium, admiſſis etiam Epifcopis duobus, quorum unus in regia Pekinenſi, alter in Nanchinenſi reſidet Fidelium centena millia numerantur, Populi autem in Sinis tanta eſt frequentia, ut perpetuæ nundinæ videantur; tanta urbium, civitatum, caſtellarum &c. copia, ut totum regnum urbis unius frequentiffimæ, pulcherrimæ, ordinatiſſi-

tiſſimæ, &  
 rat, & jure  
 Roma ol  
 Omnia Sinen  
 Natura hic p  
 Aſiam den  
 e, ampliffim  
 argenti, gen  
 ſulæ. Præci  
 ientis, ubi p  
 ctus matur  
 atra in qua  
 rneo vaſtil  
 aſtiche, ca  
 antum fodi  
 r cum infi  
 atum, præ  
 hillorum  
 Bar, Mana  
 celebris,  
 ve & Philip  
 emas occup  
 à Philippo  
 runt. Sede  
 bs: Sinis v  
 ſulæ majo



natissimæ, & cultissimæ, speciem præferat, & jure ipsi applicetur quod de Roma olim cecinit Propertius.

*Omnia Sinenſi cedant miracula terræ:*

*Natura hîc posuit, quidquid ubiq; fuit.*

Asiam deniq; commendant plurimæ, amplissimæ & feracissimæ auri, & argenti, gemmarum, aromatum &c, Insulæ. Præcipuæ sunt *Ceyla* delicia Orientis, ubi perpetuò florent, simulq; fructus maturos gestant arbores *Summatra* in qua elephantes procerissimi; *Borneo* vastissima, abundans thure, mastiche, camphora, auri & adamantum fodinis; *Lava* major & minor cum insulis Molucensibus, aromaticum, præsertim piperis & caryophyllorum feracissimis. *Celebes macassar*, *Manara*, margaritarum piscatu celebris, *Amboinum*, *Banda*, *Maldive* & *Philippine* insulæ: quarum postremas occuparunt Hispani anno 1546 & à Philippo II. rege Hisp. denominarunt. Sedes Proregis est Manila urbs: Sinis vicinæ & subjectæ sunt insulæ majores *Haynan* & *Formosa*  
mi-

minores *Sancianum*, morte & sepulchro Indiarum Apostoli S. Francisci Xaverij, celebrata, & *Macaum* seu *Amacaum* insigni Lusitanorum emporio, è quo velut arce ptoeunt in Sinas Operarij Evangelici, famosissima Austrum versùs jacet *Nova Guinea* & *Nova Hollandia*: sed nondum constat; an sint Insulæ vel Peninsulæ

Insularum autem omnium in tractu Oceani Chinenfis, *Japonia* nobilissima est. Italiam aliquantò amplitudine excedit; à Lusitanis circa annum 1539 vel 1542 detecta, dividitur in regna, seu potiùs provincias & territoria 68. quorum domini, principes & reges unum venerantur Imperatorem, cujus sedes urbs Meacum est. Ingenio vivaci & acuto sunt Japonenses, moribus culti, at armorum studiosissimi. Xacam & Amidam venerantur Deos, quorum ministri Bonziji dicuntur, quorumq; potissima prædicatio in fanis & scholis est: *Omnia sub calo esse. Nihil.* Primus Evangelij Christi præco in Japonia insonuit S. Fran-

Excursio  
anciscus Xa  
irq; Ecclesia  
ous & forti  
n. Non e  
ente & Oc  
aa Christi  
asq; perfec  
constantia  
anc usq; di  
torum præ  
um victore  
temtrioner  
// seu Iedz  
atum; quo  
ila Americ  
ondum con  
ELENCO  
ad Loca p  
P Rænot  
quibus  
admodum v  
varijs regio  
eademq; lec  
cias, vel  
representa

Franciscus Xaverius anno 1549. instituitq; Ecclesiam zelosissimis Confessoribus & fortissimis Martyribus inclytam. Non est alia regio in toto Oriente & Occidente novi Orbis, in qua Christi fideles tam graves diuturnasq; persecutiones pari fortitudine & constantiâ tolerârunt, tolerantq; in hanc usq; diem, ab anno 1587 inauditorum præteritis sæculis tormentorum victores. Ultra Japoniam Septentrionem versus, jacet regnum *Iesso* seu *Iedzo*, ferocissimis populis habitatum; quod an insula sit, vel peninsula Americæ Septentrionali annexa, nondum constat.

## ELENCHUS ITINERUM

ad Loca præcipua Orbis terrarū.

**P**Rænotandum circa Milliaria, quibus distingui solent viæ: illa admodum varia esse non tantum in varijs regionibus; sed etiam in una eademq; secundum varias ejus provincias, vel territoria: prout distinctè repræsentat Ricciolus lib. 2. Geograph.

graph. cap. 8. v. g, Italicum Milliare aliud est Romanum, aliud Bononiense; aliud Ravennaticum, Antonitanum &c. Vetus Romanum milliare constabat passibus mille; unde etiam denominationem accepit. Passus autem Romanus constabat pedibus 5; Modernū autē Milliare Romanū continet solū Passus Rom. antiquos

<sup>2</sup>  
984. Bononiense 1266 - Ravennaticū verò 3833

<sup>3</sup>  
juxta computum Riccioli cit. Cæterum quando simpliciter ponitur Milliare Italicum sine addito Romanum vel Bononiense, &c. intelligitur passim Bononiense, quod correspondet quartæ parti Milliaris Polonici, Prutenici, & Germanici communis.

Milliare quo Galli vias suas metuntur, dicitur Leuca, constatq; circa Parisios, Rhemosq; in Normandia, Britannia superiore, & apud Andes duobus milliaribus Italicis cum dimidio: At in Britannia inferiore, Burgundia, Lotharinga, Arvernia superiore

riore apud Bituricenses & Lugdunenses miliaribus 3. Italicis: quibus constare etiam Leucam Lusitanam & Hispanicam tradit ex pluribus Ricciolus cit. Vulgo dicitur Leuca Hispanica & Gallica esse Iter unius Horæ impigri Viatoris pedestris.

Germanicum commune Milliare (qualia 15. continentur in uno Gradu Circuli maximi) similiter Pruthenum, Litvanum & Polonicum (non multum enim hæc differunt) æquivalet 4 Italicis communibus, 5. Romanis. His prænotatis.

In Italia itur Romam v. g. Tridento per Veronam, Mantuam (aut Mirandulam) deinde Bononiam, Imolam, Faventiam, Forum Livi. Cæjenam, Vrbinum, Pontem Centesimum & Civitatem Castellanam. Quod iter Bononiâ Romam usq; continet Mill. Italica 243. juxta recentius Itinerarium Bononiense. Si devotionis causâ Loretanam S. Ædem invisere placeat: Bononiâ itur Cæsenam ut sup: deinde Ariminum, Pisaurumi Fanum,

Sinigalliam, Loretum. Huc Bononiâ numerantur 152. mill. Ital. Laureto Romam 131 per Maceratam, Spole- tum, Narniam, & civitatem Castellanam. Brevius sed magis impeditû iter est per Tusciam & Florentiam, numeranturq; Bononiâ Romam mill. 194 tantum; postæ verò 21. Româ Neapolim sunt 122. Messanam in Sicilia 231. Rursus Bononiâ Lucam 63. Mediolanum 130 Mediolano Genuam 84, Bononiam verò Veronâ 98. Bononiâ Venetias 111 mill.

In Germania itur Viennam Austriæ v. g. ex Polonia & Silesia, per Vratislaviam, Nissam, Olomucium, Brunam. Numerat autem Martinus Zeidlerus in Itinerario Germ. ac Polon. Uratislaviâ Olomucium, 32. mill. Germ. inde Viennam 20. Uratislaviâ Pragam 26. inde Viennam 37. Viennâ Græcium in Styria 23. inde Goritium 37; hinc Venetias 24. Viennâ Villacum 25. Posonium in Hungaria 10. inde Cassoviam 48. hinc Varadinum 20. hinc Clausenburgum 14. hinc Al-

Albam Juliam 7. Viennâ Strigoni-  
um 24. hinc Budam 9. Augu-  
stâ Vindelic. Ingolstadium 9.  
hinc Ambergam 12. hinc Egram 11.  
hinc Francofurtum ad Oderam 46.  
Pragâ Norimbergam per Pilsam 30.  
Norimbergâ Ratisbonam 16, hinc Mo-  
nachium 16. Augustam Vindel. 17.  
hinc Oenipontem 20. hinc Tridentū  
18. Coloniâ Antverpianam 29. hinc Le-  
odium per Namurum 15 Antverpiâ  
Augustam Vindel. per Bruxellas 101.  
Pragâ Dresdam 17. Lipsiam, 26 Lint-  
zium 24 Salisburgum 13.

In Gallia, juxta Itinerarium Ultra-  
jecti editum 1654, Parisijs Rotoma-  
gum Leucæ Gallicæ 19. hinc ad Por-  
tum Gratiaë 17 Parisijs Sueffionem 19  
Rhemos 34 Metas 71 Nivernium 48,  
hinc Lugdunum 39. Parisijs Aurelia-  
num 33 Carnutum 18 Alenconium 52  
Burdegalâ Mediolanum Santonum 22  
Aginum 20. hinc Tholosam 19 hinc  
Narbonem 22 hinc Montem Pessu-  
lanum 16. hinc Avenionem 15. Mas-  
siliam 23 hinc Forum Iulij 23. hinc

Niceam 10 Avenione Lugdunum 44  
hinc Taurinum 57 Genevam 23 Di-  
uisionem 38 Basileam 38.

In Hispaniam, juxta Itinerarium  
Ultrajecti 1630 editum, Narbonâ Bar-  
cinonem per Perpignanum & Gerun-  
dam, Leucæ Hispan. 51 hinc Derto-  
sam 22. hinc Valentiam 21. hinc Ca-  
ravacam 30. hinc Acci 19 hinc Gra-  
natam 11, hinc Cordubam 21. hinc Hi-  
spalim 21 hinc S. Lucar. 14 hinc Ga-  
des 12. Hispali Vlyssiponem 62. hinc  
Salmanticam 88 hinc Vallisoletum 48.  
hinc per Segoviam Toletum 55 hinc  
Sarguntiam 38. inde Cæsaraugustam  
30. Toletum Madritum 11. Alicantem  
62. Cordubam 4. hinc Hispalim 22.  
hinc Malacam 26. & inde tandem  
Gades 27.

Ex Itinerario Hierosolymitano a-  
pud Ricciol cit. c. 14. Constantino-  
poli Nicomediam mill. Italica 62 hinc  
Ancyram Galatiæ 258. hinc Tharsum  
Ciliciæ 343, hinc Antiochiam 141.  
hinc Tyrum 174. hinc Cæsaream Pa-  
lestinae 73 inde Hierosolymam 116.

Ex

Ex Lusitan  
gando Vly  
llitaria Ital  
rectiore it  
miel Barto  
alaccam 2  
guile con  
licis) num  
câ in Molu  
â fere 6000  
nicorū ad C  
lligo, in qu  
uot est emp  
s) à Malac  
italicis) à Ja  
Goâ Româ  
cciter 2000  
Iter ex His  
les seu An  
Hispaniolam  
am Ovetan  
editus circi  
ortunitaten  
Hispaniolam  
as Hispan.  
eu Novam F



Ex Lusitania in Indias Orientales navigando Vlyssipone Goam, conficiunt milliaria Italica 15000. etiam quando rectiore itinere navigatur, tradit Daniel Bartolus Tom. 1. Asiae. Goam Malaccam 2100. leucas, ( quarum singulae constant tribus milliariibus Italicis ) numerat Turfellinus. Malaccam in Moluccas 1100. Goam in Japoniam fere 6000. Ex itinere Legatorum Iaponicorum ad Gregorium XIII. Pont. Max. colligo, inquit Ricciolus cit. lib. Macaui ( quot est emporium Lusitanorum prope Sinas ) a Malacca distare 1500 milliariibus ( Italicis ) a Iaponia vero per Malaccam & Goam Romam usque censita fuisse milliaria circiter 21000.

Iter ex Hispania in Indias Occidentales seu Americam: ac imprimis in Hispaniolam, juxta Gonzal. Fernandum Ovetanum est dierum 35. aut 40. reditus circiter 50. ob ventorum importunitatem. A portu Hispalensi ad Hispaniolam numeravit Columbus leucas Hispan. 1200. Rupellam in Canadam seu Novam Franciam Iosephus Bressanus

ponit leucas 900.

IN POLONIA Varfaviâ Cracoviam  
36. Lublinum 22. hinc Leopolim 30.  
hinc Camenecum 32. Varfaviâ Sen-  
domiriam 26. Gneznam 30. Califfium  
32. Pofnaniam 40. Plociam 20. Pulto-  
viam 7. Ravam. 18. Czeftochoviam 35.

IN LITVANIA & PRUSSIA vide  
in Schemate A.

Advertendum verò Computū mil-  
liarium supra numeratorum non esse  
initum juxta Mappas Geographicas,  
quæ passim tum inter se tum à viatorū  
sensu dissident; sed juxta peritorū rela-  
tionem & experientiam. Hi autem cū  
passim non sint minus scrupulosi in de-  
finiendo milliariū numero: subintelli-  
gendum communiter, Tot circiter esse  
milliaria; seu plus minus; ad eum modū  
quo Theologi volunt numerū peccato-  
rū graviorū exprimi in Confessione Sa-  
cramentali.

COROL-

CORO

Proponun

Casuum

A N Itine

proprijs

esp. Loquer

um actu ext

. de leg. c. 3.

Sc comm.

articularis

psi non sub

ta comm

Constit: in o

dicenti non

Dixi: Lo

iter suscipi

cecesim sua

tet legem v

tio servand

gatione tal

&c. Sumit

Ex tenore

lum nemin

COROLLARIUM I.

Proponuntur Resolutiones  
Casuum quorundam circa  
Itinerantes.

I.

**A**N Itinerantes teneantur Legibus proprijs suæ Diœcesis, seu Territorij?  
Resp. Loquendo per se non tenentur, dum actu extra versantur. *Suarez lib. 3. de leg. c. 32. cum Panorm. Navarro &c comm.* Quia potestas Legislatoris particularis non extendit se ad terras ipsi non subjectas. *Theologi & Canonistæ comm ex cap. Ut animarum de Constit: in 6 ibi.* Extra territorium jus dicenti non paretur impunè.

Dixi: Loquendo per se. Nam si quis iter suscipiat extra territorium, vel diœcesim suam, eò tantùm sine: ut evitet legem v. g. jejuniij in suo territorio servandi; non evadit liber ab obligatione talis legis *Vasq. Salas, Rebell. &c.* Sumitur ex cap. *Sedes & cap. Ex tenore de rescript: ubi dicitur: Dolum nemini patrocinari debere, Refert*

quoq; Card de Lugo *lib. 1. Respon. Moral.* authenticum Breve Urbani VIII quòd non sit legitimum matrimonium, quando sponsi extra suum domicilium aliò commigrant, eo solùm animo, ut ibi ( ubi Tridentinum Conc: receptum non est ) contrahere possint sine assistentia Parochi & testimonio requisitorum.

Ut quis licitè & impunè agat contra Statutum proprii territorij vel Diocesis necesse est, ut & ipse qui operatur contra legem seu statutum, & actio ejus, & res circa quam operatur vel cui aliquid per statutum debetur, sint extra territorium statuentis. *Barbosa in cap. A nobis il. primo de sent. Excomm: Svar de leg: c. 32. n. 8. & comm: Jurisp: & Theol.* Hinc si quis existens extra territorium suum, delinquat tamen in ipso v. g. Sagittâ emissâ occidendo hominem; tenetur lege & pœnis proprijs sui territorij. Et contra si quis existens in proprio territorio, missâ sagittâ occidat hominè existentem extra suum territorium

adhuc  
territorij. Iden  
flis omittat  
territorio exer

Itinerant  
s particul

qua  
Itinerantes  
loco figur  
ntur legibu  
liloci, L. 29  
fn. de for  
autem qu  
se domicili  
tatio per d  
rna in tali  
m inhabita  
rpetuò ibi  
ificavit; de P  
bb. Joan: A  
iturq; l. 27  
alem. In for  
ennium tra  
nitur anim

rum adhuc tenetur lege & pænis sui territorij. Idem est, si quis alibi existens omittat actionem, quam in suo territorio exercere deberet.

## II.

*An Itinerantes obligentur Statutis particularibus locorum, ad quæ veniunt!*

**I**terantes quàm primùm in aliquo loco figunt domicilium, statim tenentur legibus & consuetudinibus talis loci. *L. 29. C. Ad municipalem & cap. fin. de foro compet. & comm. DD.* Ut autem quis censeatur alicubi fixisse domicilium, non requiritur habitatio per decennium, aut alia diuturna in tali loco: Sed sufficit, quòd eum inhabitare incœperit cum animo perpetuò ibi degendi. *Fagnan. in c. significavit; de Parochis n. 44. cum Hostien. Abb. Joan. Andr. & c. alijs comm. Sumiturq; l. 27. § Celsus C. ad municipalem.* In foro externo civili post decennium transactum in loco, præsumitur animus perpetuò ibi manendi,

nisi manifesta in oppositum argumen-  
ta præsumptionem elidant. Quoad le-  
ges & consuetudines Ecclesiasticas om-  
ninò absonum est & repugnans com-  
muni sensui atq; praxi: ut diu com-  
morantes in aliqua Diocesi vel civi-  
tate, non teneantur illis, cum contra-  
hant ibi quasi domicilium. Tenentur  
itaq; legibus & consuetudinibus talis  
loci, Advenæ, volentes ibi commo-  
rari notabili parte anni: & quidem  
tenentur statim à prima die accessus;  
cum ut notat Cardinalis, statim fiant  
Parochiani ratione talis voluntatis. Et  
ita tenet Sanch. *lib. 3. de Matr. disp. 18*  
*cum Paludano, Rosella, Sylvest.*

Tam Peregrini, quàm Vagi tenen-  
tur legibus & consuetudinibus Con-  
tractuum, vigentibus in loco per quem  
transeunt, & in quo contrahunt. *Ita*  
*comm. DD.* Item legibus, latis princi-  
paliter & directè in bonum proprium  
illius loci. *Bartol. l. 1. n. 21 C de sum-*  
*ma Trin. Baldus ibidem Abb. Sanch. &c*  
Item illis legibus, quæ similes sunt ex-  
tantibus in proprio domicilio. *Palauus*  
*disp.*

*disp. 1. de leg. pun. 24 § 3 cum Suar. Salas, Bonac. Sanch. l. 3. de Matr. disp. 18. n. 3.* Item illis legibus loci per quem transeunt, quæ sunt juris communis, etiam si in loco domicilij ipsorum vigorem non habeant, propter inductam consuetudinem contrariam. *Palao alijq; citati proximè.* Item legibus Pœnalibus, si ibi delinquant: *cap. Postulasti de foro comp.*

Ad alias à prædictis diversas leges & consuetudines proprias locorum, per quæ transeunt, probabilius est, Peregrinos forenses, similesq; Viatores, non teneri per se. Sed ad summum per accidens, ratione scandali vel alterius incommodi emergentis. *Præposit. Archidiacon. Hostien. Geminian. Turrecrem cum Glos. in cap. Quæ contra dist. 8. Ex Theologis Paludan. Sylvest. Tolet. Azor. Thom. Sanch. cit. Joan. Sanchez disp. 54. Select. innumeros alios referens.* De Vagis oppositum probabilius sentiunt. *Sanch. Azor, Salas, Bonac. Suar. & alij: cum alias nullius absolute loci propriis tenerentur legibus,*

gibus, utpote qui nullibi domicilium habent.

## III.

*De Itinerantibus quoad Jejunium.*

**A**lexander VII. inter Propositiones à se prohibitas posuit hanc n. 31. *Excusantur absolute à præcepto jejuniij omnes illi, qui iter agunt equitando; utcunq; iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei consiciant.*

Bene tamen, & communiter excusantur à Jejunio, qui pedibus iter faciunt longius: v. g. leucarum sex (leuca sumitur pro itinere unius horæ impigri Viatoris) ut complures docent apud Rodriq. tom. 2. qq. Reg q. 100. a 3. seu per magnam diei partem, ut ait Buf l. 3 tr. 6, dub. 2. n. 3. cum Sanch. & Filliuc. Iter pedestre leucarum in Belgio excusare, testatur Archdekin P. 3. tr. 5. c. 3. Potest tamen esse itinerantis debilitas, vel itineris asperitas, vel quid simile, ut etiam ex breviori spatio excusetur, ad arbitrium viri prudentis: ut rectè notat Bassæus v. Jejunij-

nium n. 7  
entes, non  
oluribus di  
specialis  
D. comm.

De Itinera

**I**N Bulla  
no Sanct  
edere: ut,  
tri, non pos  
um, quod  
ar nihilomi  
am legitim  
ur Impoten  
alis ex diff  
gravi. Gob  
20. & seqq  
onem ad or  
a concessio  
addit: Grat  
etiam ad ille  
ster Rom. l  
Iud effectiv  
præparatio  
2, Dum Jub



junium n. 7. Equites, vel curru iter agentes, non excusantur à Jejunio, nisi pluribus diebus sic iter faciant: vel nisi specialis debilitas interveniat; *DD. comm.*

## IV.

*De Itinerantibus quoad Jubilæum.*

**I**N Bulla Jubilæi Romani pro Anno Sancto solent Pontifices concedere: ut, qui legitimâ causâ impediti, non possunt perficere iter Romanum, quod aggressi sunt, potiantur nihilominus Jubileo. Porro per causam legitimam non solum intelligitur Impotentia physica, sed etiam Moralit ex difficultate vel damno valde gravi. Gobat Tract: de Jubil. c. 4. n. 20. & seqq. extenditq; hanc resolutionem ad omnes Jubilei favores in Bulla concessos. Benzoni lib. 3. c. 11. addit: Gratiam Jubilei solere extendi etiam ad illos, qui post præparationem ad iter Rom. legitimè impediuntur ad illud effectivè aggrediendum. Intelligit præparationem non remotam tantum.

**2.** Dum Jubilæus conceditur alicui Pro-

vinciæ vel regno, vel civitati, extenditur ad omnes etiam advenas & peregrinos illuc venientes. *Card. de Lugo disp. 127. n. 126. Gobat cit. c. 13 n. 87 testaturq; de praxi 3.* Dum ad sua redeunt Viatores conceduntur ipsis, duæ hebdomadæ pro Jubileo. 4. Si ante profectionem promulgatus fuit apud ipsos Jubileus: possunt Conditiones exequi alibi (etiam ubi non est promulgatus Jubileus) v. g. confiteri apud electum à se confessarium approbatum, communicare, jejunare, eleemosynas dare. Quia per præsentiam tempore promulgationis acquisiverunt Jus ad lucrandum Jubileum, quod non tam locale, quàm Personale est *Idem cum Lug. Diana Laym.* Ecclesiæ tamen visitari debent ibi, ubi promulgatum jam est Jubileum, & Ecclesiæ designatæ à Loci Ordinario. *Idem 5.* Si iter faciens pervenias ad locum, in quo Jubileum celebratur: frueris illo æque ac incolæ, sive perveneris illuc ante, sive primùm post publicationem Quia Promulgatio semel facta perseverat, &

operati  
itum. Ita  
neri te  
aliud t  
nunicer  
ne offer

De trine

om

S. Ag  
lar  
absolver  
sis, in q  
ex Decr  
poenit. e  
non tam  
solutio.  
2. E  
subdito  
solvere  
habent  
ctus ex  
tiosi. B  
Sanch.  
de Pos  
cit. n.

& operatur per totum tempus præfinitum. *Iidem.* Ex dictis sequitur: Non teneri te ratione Jubilæi differre iter in aliud tempus: Siquidem Bulla communiter sine distinctione vel restrictione offert gratiam iter agentibus.

## V.

*De Itinerantibus quo ad Absolutionem Sacramentalem.*

I. **S**acerdotes itinerantes sive sæculares, sive Regulares, non possunt absolvere pœnitentes alterius Diœcesis, in qua approbati non sunt. Patet ex Decreto Urbani VIII. apud Lug. de pœnit. disp. 21 S. 2. n. 29. Esset autem non tantum illicita, sed invalida absolutio.

2 Episcopi & Parochi possunt suos subditos etiam in aliena Diœcesi absolvere Sacramentaliter, tum quia jus habent in eas personas; tum quia actus exercendus non est fori contentiosus. Bassæus V. Absolutio n. 18. cum Sanch. Reginal. Diana. Et habet Suar. de Pœnit. disp. 28. sect. 6. n. 4. Lugo cit. n. 37.

3. Re-

3. Religiosi approbati in una diœcesi, dum proficiscuntur in aliam, non possunt ibi Sacramentaliter absolvere etiam illius diœcesis pœnitentes sæculares, in qua approbati sunt, antequam approbentur à Loci Ordinario ejus diœcesis, ad quem venerunt. Ita expresse habet Clementis X Constitutio, incip. *Superna Magni Patrisfam.* Proinde Religiosi dum transferuntur ad aliam Diœcesim, quàm primùm procurent Approbationem ab ejus Loci Ordinario, ut possint excipere ibi Confessiones sæcularium; vel eam petant à Superiore suo, si hic habet ab Episcopo delegatam ad id potestatem.

4. Quando inter Religiosos peregrinantes unus est Sacerdos, peccata deponenda sunt apud ipsum à cæteris, etiam quando alius aliquis ejusdem Religionis Sacerdos occurrit in via. In domibus tamen Religionis suæ, per quas transeunt possunt etiam confiteri Confessario alicui domestico. Quod si non habeant inter se Sacerdotem suæ Religionis, possunt cuicumq; Sa-

cer-

erdori (nisi  
nis regula  
nfiteri: (n  
lâm requiri  
ffionibus) C  
46 & seqq. c

e Itinerant  
onem

Itinerant  
Ibg referv  
ossunt in ali  
enerint, ab  
acerdore ibi  
is illi non s  
topo hujus V  
reperint ite  
is: nimiru  
bsolvi à quo  
is suus patre  
casus fuerit  
enerunt, dic  
unt absolvi  
em in reserv  
diœcesis. Bal

cerdoti ( nisi aliud statuat alicujus Ordinis regula ) etiam non approbato confiteri : ( nam approbatio Episcopi solùm requiritur pro sæcularium confessionibus ) Gobat de Sacram. tr. 7. n. 646 & seqq. cum Suar. & aliis.

## VI.

*De Itinerantibus quoad Absolutionem à Reversatis.*

**I.** Itinerantes sæculares obnoxij Casibus reservatis suo proprio Episcopo, possunt in aliena diœcesi, ad quam venerint, absolvi ab iisdem à quovis Sacerdote ibi approbato: si tamen casus illi non sint etiam reservati Episcopo hujus Diœceseos, & ipsi non susceperint iter in fraudem reservationis: nimirum ut alibi possint liberius absolvi à quocunq;, nemini enim dolus suus patrocinari debet. Si verò illi casus fuerint etiam in hac, ad quam venerunt, diœcesi reservati: non poterunt absolvi, nisi ab habente potestatem in reservata ab Episcopo ejusdem diœcesis. Bassæus V. Casus reservati n.

9. cum Suar tom. 4. disp. 30. sect. 1. Navar. Cajet. Henriq. Reginald Diana, Filiuc.

2. Religiosi itinerantes dum in via absolvuntur à peccatis, non absolvuntur à Reservatis, nisi cum onere sistendi se Superiori loci, ad quem pertinent: DD. Comm.

3. Subjungo *Casus Episcopis* reservatos: ut in varias Dioceses incidentibus in promptu sint.

*Casus Reservati Episcopis in Regno Poloniae.*

1. Hæresis. 2. Apostasia 3. Homicidium voluntarium. 4. Raptus Virginum. 5. Injunctio violenta manuum in parentes cum eorum læsione 6. Violenta Virginitatis oppressio. 7. Incestus cum consanguineis. 8. Item cum Monialibus. 9. Incendium malitiosum. 10. Simonia. 11. Adulterium notorium 12. Sortilegium.

Et generaliter omnia delicta quæ excommunicationem majorem à Canone, vel ab homine latam annexam ha-

habent, & omnes alij excessus prædictis graviore.

*Casus Reservati Episcopo Vilnensi  
in Synodo Anni 1613.*

1. Hæresis. 2. Lectio librorum Hæreticorum, qui ex professo tractant de dogmaribus Fidei. 3. Perjurium in judiciis publicum. 4. Falsificatio sigillorum & Chyrographorum. 5. Falsum testimonium in judiciis, scripto & voce dantium. 6. Sodomia. 7. Bestialitas. 8. Incestus cum consanguinea, vel affine in primo gradu. 9. Violatio Virginum. 10. Raptus cujuscunq; mulieris, multò magis alienæ uxoris. 11. Homicidium deliberatè voluntarium: & ad illud operam & consilium navantes. 12. Parentum percussores. 13. Incendiarij. 14. Peccatum Clericorum piis legatis non satisfacientium. 15. Ad beneficia curata ordinariè non residentium sine facultate Episcopi.

*In Synodo Anni 1669 additi præter dictos immediatè Casus isti.*

1. Cri-

I. Crimen magiæ, veneficiorum, incantationum, Divortia inter conjuges procurantium, foventium. 2. Suppellectilem post intestatos Sacerdotes rapientium, aut viliora pro melioribus supponentium.

CASUS EPISCOPALES  
in Diœcesi Culmensi & Pomezaniæ ex Synodo Anni 1641.

**Q**ui facit incestum, destorans, aut homicida, sacrilegus, Patris percussor, vel sodomita, Transgressor Voti, perjurus, sortilegusq; Et mentita fides, faciens incendia, prolis Oppressor, blasphemus, hereticus, omnis adulter, Cum bruto coeans, Iudæa, sive Pagana, Aut cum commatre, seu nata spiritali, Conjugis in mortem machinans, sacris Sabutens His simul usuram jungas publicam vel occultam Pontificem super his semper devotus adhibis.

Archipresbyteris tamen solis potestatem faciemus ab illis, quatenus occulti sunt, laicos utriusq; sexûs absolvendi. Quatuor exceptis; Homicidis, Opprimentib; pueros, Hæreticis, & Excommunicatis, quos remitti ad nos volumus. Ad publicam etiam Pœnitentiam Parochi eos, qui publicè peccaverint, cohortentur. CA-



CASUS EPISCOPALES  
in Diœcesi Varmiensi ex Syno-  
do celebrata sub Illustrissimo Si-  
mone Rudnicki Anno 1612.

1. **P**ercutiens Clericum levi percu-  
sione: *svadente tamen diabolo.* 2.
- Percutiens Parentes suos. 3. Homici-  
da. 4. Procurans maleficia inter con-  
juges, ne coire possint. 5. Procurans  
abortum vel sterilitatem in se vel in  
alia. 6. Oppressor liberorum suorum.
7. Machinans in mortem uxoris aut  
uxoricidium committens. 8. Clericus  
qui bello interfuit. 9. Si corpore e-  
normiter vitiatus sine dispensatione  
celebravit sacra, sive irregularis. 10. Si  
quis Clericus coivit cum ea quam ba-  
ptisavit vel in confirmatione tenuit  
vel cujus confessionem audivit. 11. Si  
Clericus fuit bigamus vel in Sacerdo-  
tio contraxit matrimonium. 12. Si  
quis committit peccatum contra natu-  
ram sive sodomiticum. 13. Coitus in  
Ecclesia 14. Contrahens matrimonium  
post sponsalia prius contracta & jura-  
mento

mento firmata cum alia vel alio. 15. Oppressor Virginis. 16. Qui cum Monacha vel quæ cum Monacho rem habuit. 17. Incestus seu copula carnalis vel matrimonium inter propinquos, affines & spirituales, consanguineos & compatres. 18. Mulier alienum partum marito pro ipsius vel suo supponens. 19. Clericus excommunicatus majori excommunicatione celebrans vel Sacramenta administrans. 20. Clericus admittens excommunicatum ad audienda divina. 21. Clericus absolvens excommunicatum sine facultate vel in casibus prohibitis præterquam in mortis articulo. 22. Excommunicatus & cum eo sciens communicans in divinis. 23. Sepeliens excommunicatum in templo & cæmeterio. Celebrans in altari non consecrato vel si celebrat sine sacris indumentis aut sine corporali vel si celebrat non jejunus. 24. Celebrans in loco interdicto. Bis baptisatus. 25. Baptisans proprium filium extra imminentem mortis necessitatem vel tenens

jeun-

eundem ad baptismum aut Confirmationem. 26. Qui revelat confessiones aliorum. 27. Contrahens matrimonium post votum castitatis 28. Clericus ordinatus sine licentia sui Episcopi vel per saltum promotus. 29. Si quis illegitimus sine dispensatione beneficium accepit vel ad sacros Ordines promotus est. 30. Abutens Sacramentis vel rebus Sacris & Sacramentalibus ad profanos vel illicitos usus. 31. Fautores & receptatores hæreticorum, propagantium hæreses 32. Habentes & legentes scienter libros hæreticos. 33. Qui cum hæreticis in cultu divino vel circa administrationem Sacramentorum communicavit. 34. Simoniaca labes. 35. Rem sacram pecunia comparans aut vendens 36. Absolutus in mortis articulo à Casu Episcopali vel Papali si postquam convaluit non representavit se Ordinario suo nec ejus autoritate denuo absolutus est. 37. Sacrilegus & adjutor ejus. 38. Raptor aut usurpator bonorum Ecclesiasticorum. 39. Violans Ecclesias & immunita-

nitates earum 40, Incendiarius, etiam antè denunciationem 41. Publicè blasphemus. 42. Qui publicè crimen usuræ perjuriivè commisit. 43. Falsarius literarum & publicæ monetæ. 44. Incantatrices, sortilegi, malefici.

*Apræmissis Casibus, dum occulti sunt, omnes approbati absolvere possunt: exceptis Homicidis, Opprimentibus infantibus, Excommunicatis, & Hereticis.*

## BENEDICTIONES VARIÆ.

*Petantur subinde ab Itinerantibus Sacerdotibus Benedictiones variæ: quas ne ob defectum Ritualis omitti contingat; subjungo aliquas ex probatis Ritualibus excerptas.*

### BENEDICTIO ORDINARIA AQUÆ.

*V. Adjutorium nost: R Qui fecit &c. Deinde fit Exorcismus salis.*

**E**Xorciso te Creatura Salis, per DEUM † vivum, per DEUM † verum, per DEUM † sanctum, per DEUM, qui te per Elisæum Prophetam in aquam mitti

mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ, ut efficiaris sal exorcisatum in salutem credentium: & sis omnibus te sumentibus sanitas animæ & corporis: & effugiat atq; discedat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisq; Spiritus immundus adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. *Resp. Amen.*

OREMUS.

**I**mmensam Clementiam tuam Omnipotens æterne DEUS, humiliter imploramus, ut hanc Creaturam Salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene † dicere, & sancti † ficare, tuâ pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: & quidquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immundità, omniq; impugnatione spiritualis nequitiae. Per Dominum nostrum &c.

*Exorcismus Aquæ, & dicatur sine Oremus*

**E**Xorciso te Creatura Aquæ in nomine DEI † Patris Omnipotentis,

N

& in

& in nomine JESU † Christi, Filij ejus Domini nostri, & in virtute sancti † Spiritus, ut fias aqua exorcisata ad effugandam omnem potestatem inimici & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas cum Angelis suis Apostolicis, per virtutem ejusdem Domini nostri JESU Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos & sæculum per ignem. *Resp* Amen.

OREMUS.

**D**EUS, qui ad salutem humani generis, maxima quæq; Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus preparato, virtutem tuæ bene † dictionis infunde: ut creatura tua mysterijs tuis serviens, ad abigendos dæmones, morbosq; pellendos, Divinæ gratiæ sumat effectum: ut quidquid in domibus, vel in locis fidelium hæc unda resperferit, careat omni immunditiâ, liberetur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes

mnes insidiæ  
quid est, quo  
tantum in  
ne hujus aqu  
er invocati  
is expetita  
onibus defen  
trum JESUM  
lic mittat Sa  
dum Cr  
commisitio S  
t in Nomin  
spiritus † Sa  
Vers. Do  
Resp. Et c

**D**EUS inv  
superabi  
per magnifi  
versæ domi  
inimici rugie  
nostiles nequ  
te Domine tu  
precamur ad  
turam Salis  
as, benignu

omnes insidiæ latentis inimici, & si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquæ effugiat, ut salubritas per invocationem Sancti tui Nominis expetita, omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum JESUM Christum &c

*Hic mittat Salem in Aquam, in modum Crucis, dicendo semel.*

Commistio Salis & Aquæ, pariter fiat in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum Spiritu tuo.

## OREMUS

**D**EUS invictæ virtutis auctor, insuperabilis imperij Rex ac semper magnificus triumphator: qui adversæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis sævitiam superas: qui hostiles nequitias potenter expungas: te Domine trementes & supplices deprecamur ac petimus, ut hanc creaturam Salis & Aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ ro-

Na re

re sanctifices: ut ubicunq; fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis infestatio immundi Spiritus abigatur, terrorq; venenosi serpentis procul pellatur, & presentia Sancti Spiritus nobis misericordiam suam poscentibus, ubiq; adesse dignetur. Per Dominum nostrum IESUM Christum &c. Amen.

*Antiphona.*

Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lavabis me, & super nivem dealabor. Miserere mei DEUS secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri, &c

Asperges me, *reperatur.*

*V.* Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

*R.* Et salutare tuum da nobis.

## OREMUS.

**E**Xaudi nos Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne DEUS, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cælis qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. A. Præ-

Præsta no  
hac aqua  
oris, integri  
tis, securit  
nem fidei.  
nostrum.

BE

*V.* Adju*R.* Qui f*V.* Domi*R.* Et cu**C**reator  
generi

largitor a

mitte Spiri

benedictio

N. ut arma

onis, illis,

ad corpor

telam.

sum Chris

A



**P**Ræsta nobis quæsumus Domine,  
 hac aquâ aspersis, sanitatem cor-  
 poris, integritatem mentis, tutelam sa-  
 lutis, securitatem spei, corroboratio-  
 nem fidei. Per Christum Dominum  
 nostrum. R. Amen.

## BENEDICTIO COMMUNIS.

*V.* Adjutorum nostrum &c.

*R.* Qui fecit cælum & terram.

*V.* Dominus vobiscum.

*R.* Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

**C**reator & conservator humani  
 generis dator gratiæ spiritualis,  
 largitor æternæ salutis, tu Domine  
 mitte Spiritum S. tuum, cum superna  
 benedictione † super hanc creaturam  
 N. ut armata virtute cœlestis defensi-  
 onis, illis, qui eâ fruuntur, proficiat  
 ad corporis & animæ salutem ac tu-  
 telam. Per Dominum nostrum JE-  
 sum Christum &c. Amen

*Aspergat aquâ benedictâ.*

N<sub>3</sub>

Bene-

Benedictio depulsiva Maleficiorum  
& Incantationum.

**S**acerdos stolâ amictus, & Incantatum, sive maleficio affectum hominem, vel animalia ante se habens, aut si locus incantatus est, in eo stans paratâ aquâ & thure, vel herbis benedictis, devotè sic oret:

V. Adjutorium nostrum &c.

R. Qui fecit cælum & terram.

*Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ave Maria. Credo.*

V. Domine exaudi orationem &c.

R. Et clamor meus &c.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

**D**EUS Cælorum, Terræ, & Maris, & omnium quæ in eis sunt, Conditor & Moderator: qui Sathanam extollentem sese adversus mentem tuam unâ cum asseclis ipsius sicut fulgura de cælo præcipitasti: & Ministrorum ejus Magorum Pharaonis, Moyli servo tuo resistentium incantationes & maleficia inefficacia reddidisti: te supplices  
ora-

oramus ut incantationes, præstigia & maleficia huic famulo tuo ( huic famulæ ) ( vel huic loco ) ( vel his creaturis ) improba fraude dæmonum, ( meritis peccatorum nostrorum fortaſſis ) intenta & inſiſta omnipotenti virtute tua, & clementi bonitate dimoveas, avertas; & itidem inefficacia reddas, quâ tyrannide eorum liberati, tibi Domino DEo nostro expeditiùs ſerviamus & nomen ſanctum tuum ſtudioſiùs celebremus. Per Dominum noſtrum JESUM &c.

## OREMUS

**D**omine JESU Chriſte Fili DEi vivi, qui de ſinu Patris in terras deſcendiſti, ut opera diaboli diſſolveres, & diſcipulis tuis dediſti poteſtatem calcandi ſerpentes, & ſcorpiones: te ſupplices precamur, ut eos ipſos antiquos ſerpentes atq; dracones diabolos, qui in hoc famulo tuo ( hac famula tua ) ( vel in loco ) ( vel in his Creaturis tuis ) tyrannidem ſibi uſurpant, pedibus familiæ tuæ potenter ſubjicias, & opera eorum, quæ addu-

Et incantationibus & maleficiis hominis mente corrupti & sibi dediti in perniciem servi tui, (vel fervorum tuorum.) machinantur & exercent, divinâ clementiâ & virtute tuâ dissolvas & inefficacia reddas. Qui cum eodem Patre tuo, & Spiritu Sancto DEUS unus regnas, in sæcula sæculorum. Amen.

## EXORCISMUS.

**E**Xorciso & adjuro vos maledicti diaboli, quicumq; & quotquot estis; qui adducti, incantationibus, maleficiis & nefariis artibus hominis vobis addicti, hominem hunc, (vel locum hunc,) (vel has creaturas,) perniciosè vexatis & exagitatis: ut hinc statim cum omnibus præstigiis, & maleficiis vestris discedatis, nec ullam vobis deinceps potestatem (in hunc hominem) (vel in hunc locum,) (vel in has DEi creaturas) usurpetis. Hoc autem non mea virtute vel meritis, vobis præcipio: sed in nomine DEi Omnipotentis, Patris, † & Filii, † & Spiritus † Sancti: & in virtute Sanctæ † Crucis &

mor-

Co  
mortis Dom  
telas omnis  
vestra in hor  
DEi enervat  
lite ergo &  
te locum DE  
pera vestra  
misericordia  
ligitus DEi,  
ncantatione  
cujus virtut  
Pauli Apost  
in Elyman  
trum (ad q  
batis) conve  
Iustinam in  
Cypriano, v  
vos nunc e  
tentis, qui v  
cipitavit: P  
ritus † Sanct  
His di  
locus, vel j  
tate & ma  
& suffren  
dictarum la

mortis Domini nostri, per quam potestas omnis tenebrarum & tyrannidis vestra in homines, & omnes creaturas DEi enervata & exinanita est. Recedite ergo & fugite hinc illico, & date locum DEi potentiae dissolventis opera vestra maligna, per immensam misericordiam suam. Increpet in vos digitus DEi, qui Magorum Pharaonis incantationes inefficaces reddidit, & cujus virtutem tunc agnovistis, cum Pauli Apostoli imperio vim vestram in Elymam magum mancipium vestrum (ad cuius nutum multis nocebatis) convertistis, & cum in Sanctam Justinam incantante, & vos urgente Cypriano, nihil profecistis: Sit super vos nunc etiam terror DEi Omnipotentis, qui vos in ignem aeternum precipitavit: Pater, † & Filius, † & Spiritus † Sanctus, Amen.

*His dictis aspergatur homo, vel locus, vel jumenta, & pecudes incantatae & maleficiatae aqua benedicta: & suffitu thuris vel herbarum benedictarum lustrentur, sive incensentur.*

*Ut efficacior sit hæc Benedictio: iuvabit,  
quantum fieri poterit, Sacrificium Di-  
vinum, & pridie Jejunium in eundem  
finem.*

BENEDICTIO AQUÆ  
SANCTI P. IGNATII.

*V. Adjuvatorum nostrum in Nomine  
Domini,*

*R. Qui fecit Cælum, & terram.*

*V. Sit nomen Domini benedictum,*

*R. Ex hoc, nunc & usq; in sæculum.*

*V. Domine exaudi orationem meam,*

*R. Et clamor meus ad te veniat.*

*V. Dominus vobiscum.*

*R. Et cum Spiritu tuo.*

OREMUS.

**D**omine Sancte Pater Omnipotens  
æternæ DEUS, qui benedictionis  
tuæ gratiam agris infundendo cor-  
poribus; facturam tuam multiplici pi-  
etate custodis, ad invocationem No-  
minis tui, benignus assiste (interce-  
dente B. IGNATIO Confessore tuo)  
ut famulos tuos ab ægritudine libera-  
tos, & sanitate donatos dexterâ tuâ e-  
rigas,

rigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atq; Ecclesiæ Sanctæ tuæ cum omni prosperitate restituas. Per Dominum nostrum IESUM Christum Filium tuum, &c. Amen.

†††

**B**enedic † Domine hanc Aquam, ut sit remedium salutare generi humano, & per intercessionem B. IGNATII, cujus reliquæ in eam immerguntur, præsta, ut quicumque ex illa sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Dominum nostrum &c. Amen.

**D**EUS qui ad majorem tui Nominis gloriam propagandam, novo per B. IGNATIUM subsidio militantem Ecclesiam roborasti, concede propitius, ut ejus auxilio, & imitatione certantes in terris, coronari cum ipso mereamur in cælis. Qui vivis & regnas, &c.

*Reliquiæ merguntur initio Benedictionis, usq; ad finem.*

BENEDICTIO AQUÆ  
S. FRANCISCI XAVERII  
INDIARUM APOSTOLI.

*V.* Adjutorium nost: *R.* Qui fecit &c.

*V.* Dominus vobiscum,

*R.* Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

**D**EUS, qui ad salutem humani generis, maxima quæq; Sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitius invocationibus nostris: & elemento huic multimodis purificationibus præparato, Virtutem tuæ bene f dictionis infunde, & præsta per invocationem Sancti Nominis tui, & intercessionem S. FRANCISCI XAVERII Indiarum Apostoli, cujus reliquæ in hanc aquam immerguntur, ut quicumq; ex ea sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam accipiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

**D**EUS, qui ad illuminationem gentium B. FRANCISCUM Indiarum

rum

rum Apostoli  
um gloriâ de  
us meritis, &  
te, quam do  
es, & in ch  
fficaces, Per  
um Christum

## COROL

PAR

seu Brevis E

Qui habitat i

PRO SOLATI

QUOR

Excitat nos

hoc Psalm

Opt. Max. sic

constanter fo

numeris &amp; g

biq; expositi

declinanda,

tis virium, n

petit: necess

corda, vota

mus in cælu



rum Apostolum elegisti, & miraculo-  
rum gloriâ decorasti, concede, ut e-  
jus meritis, & intercessione, & in Fi-  
de, quam docuit, inveniamur stabi-  
les, & in charitate, quam exercuit  
efficaces. Per Dominum nostrum JE-  
sum Christum &c.

## COROLLARIUM II.

## PARAPHRASIS

seu Brevis Explanatio Psalmi 90.

*Qui habitat in adjutorio Altissimi &c.*

PRO SOLATIO ITINERANTIUM, IMÒ  
QUORUMVIS FIDELIUM.

**E**Xcitât nos Psalmographus divinus  
hoc Psalmo ad eximiam in DEUM  
Opt. Max. fiduciam concipiendam, &  
constanter fovendam Cùm enim in-  
numeris & gravissimis, semper & u-  
biq; expositi simus periculis, ad quæ  
declinanda, vel propulsanda nec sa-  
tis virium, nec prudentiæ nobis sup-  
petit: necesse est, ut oculos, manus,  
corda, vota, suspiria, & voces leve-  
mus in cælum ad eum, qui gratiosè  
N 7 vult,

vult, & facile potest, nos juvare, atq; etiam è portis inferi eruere. Ad id nobis persuadendum, miram habet efficaciam pulcherrimus hic Psalmus: cujus virtute agnitâ, ordinavit Ecclesia S. ut singulis diebus in Officij Divini Completorio decantetur, seu recitetur, ad propulsanda pericula nocturna. Cum autem diurna non sint minora, si non majora: valde expedit, eum etiam manè, præsertim à Viatoribus, meditatè recitari. Sed jam audiamus Psalmographum præcipientem:

## PSALMUS.

¶ I. *Qui habitat in adjutorio Altissimi*, mente devota, & corde puro, in ipso spem suam omnem & fiduciam reponendo: *in protectione DEI commorabitur*, gaudebitq; fidei & Omnipotentis Protectore per omnem vitam suam.

2. *Dicet Domino*, postquam in omnibus necessitatibus suis expertus fuerit constantem ejus protectionem: *Susceptor meus es tu*; qui me ab hominibus desertum gratiose suscepisti; &

refu-

Coro  
fugium me  
DEUS me  
sembo in cu  
hominum,  
3. Quoniam  
eo venantiu  
fissime infid  
minus dete  
rum, libera  
vero, quo fa  
in interitu  
4. Sic confi  
em erga se l  
onem, prom  
uberius eju  
veritate. S  
i, & sub per  
llitâ vel ac  
andine vel  
o alas suas,  
as Omnipote  
rti defendet  
es tua.  
5. Sicut cir  
quando jam  
b alis, sed pu

*refugium meum*, in omni tribulatione; *DEus meus!* quid extra Te volo? *& sperabo in eum*, potius, quàm in filiis hominum, in quibus non est salus.

3. *Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium*, qui diu noctuq; callidissimè insidiantur animæ meæ: sed Dominus detexit, & dirupit laqueos eorum, liberavitq; me etiam à verbo *aspero*, quo famam meam lacerarunt, & in interitum meum conjuraverunt.

4. Sic confitenti homini justo divinitam erga se benevolentiam & protectionem, promittit Propheta ulterius & uberius ejusdem auxilium in omni adversitate. *Scapulis suis obrumbtabit tibi, & sub pennis ejus sperabis*. Instar gallinæ vel aquilæ, imminente imbre, grandine vel milvo, colligentis pullos sub alas suas, colliget te sub scapulas suas Omnipotens Protector, in brachio forti defendet te, nec confundet te spes tua.

5. *Scuto circumdabit te Veritas ejus*. Quando jam non delitescendum erit sub alis, sed pugnandum cominus cum hoste;

hoste; scutum, seu clypeum tibi præbebit inexpugnabilem, quo undiq; te-  
garis, & omnia hostium tela retundas  
victor. Hunc autem clypeum tibi  
præbebit *Veritas ejus*. Nihil enim ef-  
ficacius est ad retundenda, refringenda,  
& extinguenda etiam ignita ho-  
stium tela, Veritate oraculorum divi-  
norum, quibus DEUS probis in ipso  
sperantibus, promisit tutelam suam &  
salutem æternam; Improbis supplicia  
æterna. *Non timebis à timore noctur-*  
*no*. Sic armatus & protectus, dormies  
securus, tanquam in paterno ejus si-  
nu, nihil timendo eorum, quæ noctur-  
no tempore timeri solent, ut insidiæ,  
mors repentina, dæmonum infesta-  
tiones, &c.

6 *Asagitta* quoq; *volante in die*, non  
timebis: quando scilicet te inimici  
tui vi aperta aggredientur, & venena-  
tis linguæ jaculis configere, atq; cõfi-  
cere laborabunt, neq; *à negotio per am-*  
*bulante in tenebris*, timebis: sive hoc ne-  
gotium tibi facessere voluerint, lemures  
seu spectra nocturna, sive cõmessatores,

tores,

tores, aut grassatores, sive prostituta lupæ, & quidquid est, quod diè lucemq; odit ac fugit. Non deniq; terrorem patieris *ab incurſu & demonio meridiano*; ab otio, ſomnolentia, Baccho, & Venere: quæ demonia infeſtiora eſſe ſolent tempore meridiano; ut patet in ipſo Davide.

7. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis*, ingruente vi tentationum, ſolicitantium & trahentium ad lapſum: *ad te autem non appropinquabit tentator, DEO arcente*; ſed à longè fremet & tabeſcet; tu autem in tanta hominum ſtrage, exultabis victor in DEO JEſu tuo.

8. *Veruntamen oculis tuis considerabis*, attentius eos figendo in tragicum & miſerabile objectum: *& retributionem peccatorum videbis*; qui non poſuerunt in DEO ſpem ſuam, ſed ſperaverunt in divitiis ſuis, vel poſuerunt carnem brachium ſuum, vel contra DEUM roborati ſunt &c. Non protrahetur vindictæ executio in ſæcula, ſed ipſe retributionem horribilem, æquiſſimam tamen, videbis.

9. Quoniam dixisti DEo, Tu es Domine spes mea, & Altissimum posuisti refugium tuum; potentiam autem & auxilium hominum non existimasti validius baculo arundineo: stabis infractus etiam inter mundi ruinas.

10. Non accedet ad te malum quod te evertat; sed ut vincas in bono malo. Tentatio erit tibi in majorem proventum: Et flagellum, quo castigari solent improbi protervi & incorrigibiles, non appropinquabit tabernaculo tuo, in quo domicilium sibi fixerunt Justitia & Pax, nec locum habet iniquitas.

11. Quoniam Angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus vijs tuis. stupenda dignatio! DEus mandavit; & Angelis suis cæli principibus, mandavit; & de te homuncione misero, vili terræ vermiculo mandavit: ut custodiant te, à primo conceptionis momento, ad ultimum instantis vitæ; in omnibus vijs tuis, indefessi comites, invicti præsidarij, officiosissimi ministri.

Cor  
12. In man  
s? saccum  
nt in mani  
regiam c  
ronandum  
quàm leviss  
e forte offer  
7. Atqui f  
endida qu  
etiosè pha  
t, non DE  
oris in te s  
quàm pr  
miliat, ut  
13. Super  
labis, & co  
em, Angel  
lùm non  
um: sed e  
stias victor  
tu fidus ac  
rotectione  
st in mun  
ro & glor  
ossit. Audi  
14. Quor

DEO, Tu es  
 unum posui  
 tiam autem  
 non existim  
 in eo: stabi  
 undi ruina  
 te malum  
 s in bono  
 bi in mayo  
 m, quo cast  
 ervi & in  
 quabit tiber  
 icilium sibi  
 nec locum

12. *In manibus portabunt te: luteum vas? saccum hunc stercoreum? Portabunt in manibus suis. Quò portabunt? Ad regiam cælestem gloria & honore coronandum. Quomodo portabunt? Quàm levissimè, & circumspèctissimè: Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Atqui hoc sufficeret, portari te splendida quapiam lectica, vel equo pretiosè phalerato. Homini sufficiebat, non DĒo, divitias & delicias amoris in te sui demonstrare volenti. Vide, quàm pretiosus sis DĒo! Angelos humiliat, ut te exaltet.

s suis man  
 te in on  
 dignatio!  
 suis cæli pr  
 e te homin  
 armiculo ma  
 à primo ce  
 ultimum i  
 ijs tuis, in  
 esidiarij, of

13. *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Angelicis manibus delatus, non solum non impinges in lapidem obvium. sed etiam insidiantes tibi feras bestias victorioso pede calcabis. Quamdiu fidus adhaeris DĒo, & in ejus protectione commoratus fueris, nihil est in mundo, quod non serviat lucro & gloriæ tuæ, quod terrori esse possit. Audi DEUM ipsum pollicentem:

14. *Quoniam in me speravit, libera-*

bo cum, etſi jam conſumptus videbitur. Protegam eum, quoniam cognovit nomen meum, cognitione practica ſeu experimentalis, qua didicit: quàm ſuavis ſim, quàm potens, & fidelis in omnibus promiſſis meis.

15. *Clamabit ad me, in periculis & anguſtiis ſuis: & ego exaudiam eum, imò plùs præſtabo, quàm deſideret: eripiam eum ex tribulatione, periculis & faucibus hoſtium ſuorum; & glorificabo eum, ut ex adverſitate non ſolùm nihil capiat detrimenti, ſed plurimùm lucrì & ſplendoris. Deniq;*

16. *Longitudine dierum replebo eum: ut vitam vivat & annorum numero diurnam, & bonorum operum copiâ plenam atq; pretioſam; ac tandem oſtendam illi ſalutare meum, manifeſtando ei me ipſum in æterna beatitudine, ut facie ad faciem videat, amet, glorificet æternùm Salvatorem ſuum.*

Quid poſſumus deſiderare ampliùs? Hunc ergo planè Divinum Pſalmum, liquidiffimi pariter ac ſolidiffimi ſola-

tolentum,  
quſiſ in  
gia conſtit  
irre exciten  
Dam Adjut  
u fiducia  
v oriam, e  
zuanam,

COROL

Iuſtria c

PROVI

circ

Dedi, ſeu p

pùs Diſtri

ſile ſit, diff

me, &amp; puſill

pua ſolidam

Eum: conſ

ſer de eode

Empla,

Horum

eris Lite

n Parentis



tij plenum, juvat ab Itinerantibus, & quibusvis in aliquo discrimine & angustia constitutis, attentè recitari: ut in se excitent foveantq; solidam in DEum Adjutorem & Protectorem suum fiduciam, fiducia autem operetur victoriam, exultationem & gloriam æternam.

## COROLLARIUM III.

Illustria quædam Exempla  
PROVIDENTIÆ DIVINÆ  
circa Itinerantes.

*Dedi, seu potius delibavi, aliqua superius Distract: 10. Verum, cum non facile sit, diffidentiam nostram suppressere, & pusillanimitatem erigere, ut vitam solidamq; fiduciam concipiat erga DEum: consultum putavi, aliquot insuper de eodem argumento congerere Exempla.*

## I.

**C**Horum ducat celebris ille in sacris Literis Tobias Junior, Optimi Parentis non degener filius: quem  
eo

eo honore dignata est Providentia Divina: ut ex Septem primis cali Principibus, assistentibus throno divino, Raphaëlem Archangelum, ipsi attribuerit Comitem viarum. Quid præstiterit Clienti sibi commissio Raphaëli, notum est ex Scripturis Divinis, & compendio recenset Tobias cap. 12. de gratitudine debita sollicitus, atq; deliberans cum patre. *Pater, quam mercedem dabimus ei, aut quid dignum poterit esse beneficijs ejus? Me duxit & reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, & demonium ab ea ipse compefcuit, gaudium parentibus ejus fecit, me ipsum à devoratione piscis eripuit, te quoq; videre fecit lumen cali, & bonis omnibus per eum repleti sumus.* Ita Bonitas Divina per ministros suos consulit non solum necessitatibus proborum viatorum; sed etiam abundantia, honestæ voluptati, & dignitati.

## II.

**E**X infinito recentium Exemplorum agmine præcedat, quod suppeditat

Lytæ-

Lyræus lib. 2. *Trisagij Mariani*. Religiosus ex Ordine Capuccinorū in Provincia Veneta, functus Guardiani ac Magistri Tyronum officio, facultatem sibi impetravit, Lauretanam DEiparæ Virginis ædem visitandi. Vix triduum processerat, cū sylvam obviam cum juniore Socio ingressus, aberrare cœpit à via: cumq; ingruente nocte, exitum nullum conspiceret, sub arbore pernoctare constituit. Sed Socius perspecta Senis infirmitate, noctis frigore, & repentinâ pluvîâ ingruente, lustrare cœpit viciniam, & clamore accolæ frustra accire. Tandem palpando in tenebris progressus, parietem domus alicujus offendit. Advocato igitur Socio Sene, ad portam deveniunt, excitatoq; pulsu campanæ, Janitori denuntiant: adesse par Capuccinorum Peregrinorum, qui nocte oppressi hospitium rogant. Respondet Janitor, se sine mora relaturum ad Dominam. Mox adest œconomus cum duobus ephēbis, geminas faces præferentibus, jussu Dominæ gratulans

Pere-

Peregrinorum adventum. Introducti in interiora Domus, reperiunt Dominam insigni formâ & Majestate spectabilem, in medio Conclavi mensâ humili ac viridi tapetiâ instratâ, quam bina candelabra ex argento affabre elaborata, illustrabant, assidentem, & nescio quas chartas pervolutantem. Visus Peregrinis, illa blandè arridere, saluum adventum gratulari, ac itineris adeò molesti causam inquirere. Cui Senior: Susceptam esse ad Domum Laurentianam Peregrinationem reposuit. Quò auditò; rectè equidem factum, intulit Domina, & digna Religiosis Viris pietas; eò vobis crastina die literas deferendas committam: ite nunc, vires reficite, & securi quiescite. Deducuntur itaq; ab œconomio ad cubiculum interius, mensâ, focò ac duobus lectis, cæterisque necessariis & commodis probè instructum. Nocte, commodè lauteq; traductâ, summò manè œconomum adeunt, Domina valedicturi: sed antè, ab eodem adjentaculum deducti sunt; quò sumptò, ad

ad Dominam admittuntur; quam Majestatem humanam prætergressâ venerabilem, & comitate singulari amabilem reppererunt eodem loco & situ, quò pridie. Gratias, quas, agere instituerunt maximas, interrumpens Dominam, de varijs sibi devotis Ascetis quaesivit accuratiùs, & eorum commemoratione, non parùm recreari visa est: mox literas tradidit Lauretum deferendas. Sic læti discessere Peregrini. Vix passus 50 fecerant; cùm desiderio cognoscendi Hominis, cui literæ essent inscriptæ, exterius involucrium evolvunt & non modò inscriptionem nullam, sed nec obsignatas deprehendunt. Quare iter relegere, ac de commisso defectu Dominam statuunt admonere. Sed, ô rem admirandam! nec domum reperiunt, nec ullâ isthic extitisse intelligunt. Unde literas perlegentes, inveniunt illas à DEIPARA V. scriptas ad ipsosmet. Quibus lectis, mirum quantâ ambo lætitiâ inceserint: actisq; DEO & DEIPARÆ gratiis, statuerunt rem fidò silentiò tenere, quò ad viverent.

Tandem Sacerdote post annos plures, animam agente, res tota per eundem Guardiano innotuit, traditaq; eidem epistola Mariana fuit: quam is ad totius Provinciae Præsidentem detulit; ab hoc, cum facultate R. P. Ministri Generalis, Duci de Camerino, ejusdem Ordinis Eximiae Benefactrici, data est, apud quam summo in honore habitis pluribus miraculis effulsit. Contigit res eo tempore, quò R. P. Clemens à Noto clavum Ordinis tenebat, quem tenuit ab Anno 1618 ad 1625. Porro Epistolæ Marianae hic erat tenor.

*Venerande Pater*

*Agnita tua in me voluntate ac pietate, qua ferri te in eadem meam Lauretana liquidò perspexi; cum tibi desicerent omnia, sine quibus hæc vita ducitur; ego deesse nolui, sicut nec unquam, ubi tempus aut ratio postulârit, defutura sum.*

*MARIA Virgo,*

Nimirum hæc est illa Mulier fortis & provida, Proverb. 31. quæ facta est quasi navis institoris, de longè portans panem

panem suum: & de nocte surrexit, deditq; prædam domesticis suis. Reclinemus, post DEum, spem nostram in sinum ejus maternum: & ipsa nos enutriet, & è periculis cunctis vindicabit.

## III.

**E**xpertus est non semel similem DEi: paræ V. gratiam & curam maternam Petrus Bastus, è S. J. Coadjutor religiosissimus. Adhuc ante initam Societatem peregrinanti ad quoddam illius templum, fessio atq; esurienti prandium ac cœnam ipsa dedit, locumq; ostendit ubi securus quiescere posset. Aliàs cum Salutationem Angelicam recitaret contra insultus dæmonum, à quibus terrebatur, Divina Mater intra brachia sua recepto, Asylum præbuit. Societatem ingressus, dum iter ageret cum alijs tyronibus, Sociam se adjunxit Matriona illustris cum Viro, atate ac specie venerando, atq; venustissimo Puerò. Cumq; sub noctem cœnam dedissent fessis, peregrini autem vehementer scire cuperent; quinam essent tam gratiosi & benefici Comites?

responsum acceperunt: Nos fundavi-  
mus Societatem; & videri desierunt.  
*Nadasi in Anno dier. memorab. 1. Marij.*

## IV.

**S**ubvenit Divina providentia sa-  
tis lautè, inter alios etiam San-  
cto Didaco iter facienti cum So-  
cio ex obedientia. Fessis cum nulla  
ocurreret civitas vel villa, ubi panis  
fragmentum emendicarent: viderunt  
repente in prato pulcherrimo expan-  
sam mappam candidissimam, duos  
quoq; panes illi impositos, cum pisci-  
bus duobus: ad quorum condimen-  
tum præstò erant aurea mala duo, vi-  
num verò suavissimum ad sitim extin-  
guendam & vires refocillandas. Sic  
refecti, oculis viderunt, & manibus  
palparunt veritatem illius oraculi.  
*Psal. 54. Facta super Dominum cu-  
ram tuam, & ipse te enutriet. Quam  
sententiam viatici loco offerre sole-  
bat Fratribus suis S. Franciscus. Cum  
autem quidam, illius immemores, in  
via non leviter affligerentur; quòd  
longè lateq; circumspectantibus, nihil  
occur-*



t: Nos fun  
videri dese  
monab. i. M  
providenti  
ios etiam  
enti cum  
llis cum  
illa, ubi  
arent: vide  
errimo exp  
ssimam,  
ros, cum pi  
m condim  
mala duo  
d si in ex  
tillendas,  
t, & mani  
lius oracu  
Dominum  
triet. Qu  
offerre so  
nciscus. Cu  
memores,  
entur; qu  
antibus, ni  
occe

occurreret, unde vel bolum aridi pa-  
nis sperarent: Angelus specie juvenis  
se se illis adjunxit, quæsitq; cur ita  
tristes incederent? Responsum in prom-  
ptu habuerunt, & dederunt; quia ni-  
hil ad comedendum habemus. Tunc  
Angelus: O modicæ fidei! cur non  
credidistis verbis Patris vestri, & fidi-  
stis DEO? Adeste, & comedite. Et  
obtulit eis duos panes miri saporis;  
quos non solum familici, sed etiam  
saturi, abliguriissent. Addidit autem  
salis, seu acetii aliquid, dicens: In pœ-  
nam dissidentia vestrae permisit DEUS,  
ut nec frustulum panis inveniretis;  
cùm aliàs etiam volucres cæli sagi-  
net, impleatq; omne animal benedi-  
ctione. *Lancic. Opuse. 13. lib. 4. n. 626.*  
Et hæc plerumq; ratio est: cur DEUS  
subtrahit annonam itinerantibus. Quod  
si aliquando eam non suppeditat etiam  
confidentibus: vel mentibus eorum,  
latrante stomacho, lautius præbet e-  
pulum cælestium solatiorum; vel ca-  
piti pretiosissimam & immarcescibi-  
lem parat Patientia coronam.

**N**on mensam tantum, verum & hospitium opportunum parat Providentia Divina viatoribus suis. In conversionis suae ad vitam perfectiorem primordijs, peregrinationem Hierosolymitanam susceperat S. Ignatius de Loyola, Societatis JESU Fundator; acceptaque benedictione ab Adriano VI Pontifice Max. Romam tendebat Venetias. Iter nactus est paribus aerumnis & solatiis refertum. Cum extrema voluntaria tamen, egestate conflictatus, a socijs & viribus corporis desertus, aegre trahebat animam: sed prope Patavium spectabilis illi factus Dux suus JESUS, non vires solum restituit corpori, sed etiam delicias animo, ea tamen moderatione: ut laeta cum tristibus, adversa cum prosperis alternarent. Pervenit tandem Venetias sub noctem: sed homo externus, linguae gentis & locorum urbis ignarus, quod se reciperet pro necessaria quiete, non invenit. In porticu igitur quadam fori publici, super duram al-  
 gen-

gentemq; humum stratus, pernoctare constituit. Et jam ad modicam rigidamq; quietem artus composuerat: cum ecce Viro Senatorio, Illustrissimo Marco Antonio Trevisano cælitus vox allabitur: *Ergone tu in lecto molli quiescas, famulus autem meus noctem sub dio traducat?* Confusus non indecorâ verecundiâ homo probissimus, lecto exilit, Virum DEi sollicitus quærit, & invenit, domum suam adire compellit, nec minùs reverenter, quàm humaniter tractat, quantum Ignatij cum rubore, tantò suò merito. *Orland. hist. Soc. lib. 1. n. 34 & 35* Meritò dicere poterat Ignatius cum Psalte sacro: *Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus sollicitus est mei.* Psalm. 39. Retuli suprâ, *Distract. 10.* quomodo novo architecturæ genere, S. Petro de Alcantara, tugurium desertum ingresso ad quietem nocturnam, tectum ex nivibus imposuit sollicitus de Servorum suorum hospitio DEus. Ecce, quàm bonum, & quàm jucundû, habitare in adjutorio Altissimi.

## VI.

**Q**uemadmodum regis ad exemplum  
 terrestris componitur orbis: ita  
 Divi Caelites ad exemplum Domini  
 sui, solliciti de Viatoribus, in ipso con-  
 fidentibus, præstò sunt invocantibus  
 se, præbentq; auxiliium in tempore op-  
 portuno. Jucundum est, quòd con-  
 tigit Viro Apostolico è Societate Jesu,  
 P. Bernardo Colnago, Catanæ in Si-  
 cilia. Contraxerat ille non solùm in-  
 signem fiduciam, sed etiã familia-  
 ritatem quandam cum Sancta Virgine  
 & Martyre Agatha. Tam fre-  
 quenter enim se ipsi spectandam ob-  
 tulit: ut Bernardus diceret: sibi tam  
 probè notam esse de facie; ut vel pe-  
 nicillo effigiem ejus germanam ex-  
 primere posset. Contigit aliquando,  
 ipsum ex aliquo itinere, DEi & salu-  
 tis proximi causã suscepto, curru re-  
 vehi Catanam serò, & portis urbis jam  
 clausis. Inclamat, pulsat, instat au-  
 rîga; ut custodes portam aperiant: sed  
 illi vel somno sepulti, vel aliò dilapsi,  
 nusquam comparent. Aliam igitur  
 por-

portam adire parabat auriga, meliore fortunâ fortè réperturus hominem & ingressum: sed P. Bernardus ventit, sperans etiam sine Janitore & clavi portas sibi aperiendas. Egressus igitur curru, accedit ad portam, eâq; leniter percussâ, convertitur ad Sanctam suam Agatham, leniq; voce, sed quam Socius & auriga probè percipiebant, illam compellat, ut aditum sibi faciat ad Collegium. Post exiguam moram, instat urgetq; confidentissimè: *Agathula soror mea, non audis? Aperi mihi ô Virguncula Christi. Non te fugit; fractas corpusculi mei vires sub Jove frigido noctem sine damno ferre non posse. Itaq; necessum est, ut nisi in pristinos cruciatus servulum revolve velis, portas ipsa actutum aperias. Et dabis hoc amanti, qui nihil meritis, omnia sperat. Vix dixerat: & porta minor confestim patuit, sed per quam ipse solùm cum socio ingredi urbem poterat, curru & equis extrâ relictis. Quare novis precibus Divam aggreditur, & Aga-*

tha, inquit, spes mea, quid me ludis? mancipium tuum audi, sed fidum per omnia. Ut currus quoq; introeat, opus est; majorem aperi portam, ut nunq; laxa valeam. Dictum factum. Dissilire visæ sunt valvæ, auriga cum curru latus invehitur. Sed Pater jubet illum, subsistere paulisper, & portam obserare; ne fortè custodibus aliquid incommodi crearetur. Revertitur ergo, mandatum executurus, sed præ stupore pavens tremensq; invenit eam, seris & vectibus de more optimè occlusam. Quomodo igitur cum curru & equis intraverit, non capiebat. At P. Bernardus, Divæ pronam in se voluntatem, & humanâ majorem potestatem, non ignorabat: poteratq; cum regio Vate fidenter canere illud Psalmi. 17. 35. *In DEo meo transgrediar murum, non solum portas occlusas.* Paulinus in vita P. Bernard. Tanner. in Soc: Apost.

*Imitat.*

## VII.

**Q**uod Divina Bonitas spem suam re-  
 ponenti in ipsa, liberaliter polli-  
 cita est Psal. 90, *Clamabit ad me, &*  
*ego exaudiam eum: cum ipso sum in*  
*tribulatione; eripiam eum & glorifi-*  
*cabo eum:* id cumulatè implevit in  
 Maximiliano I. Austriae Archiduce.  
 Delectabatur in primis hic princeps in  
 ætate floridore, venatione rupica-  
 prarum, quibus in horridis rupibus  
 suis abundat Tirolis. Contigit, ut  
 propè Oenipontum, mirà aviditate re-  
 ptaret per saxa, manibus pedibusq; ad  
 aliquam hujusmodi caprarum dete-  
 gendam, aulicis minùs agilibus lon-  
 gè post se relicta. Intentus uni præ-  
 dæ, non circumspectabat, quò perge-  
 ret, quomodo rediret; tandem eò e-  
 vasit, ut in præcipitio altissimæ ru-  
 pis constitutus, nec ascendere ulteri-  
 us, nec descendere valeret, nec ul-  
 lus hominum eò eluctari auderet, aut  
 posset. Adhibitis frustra omnibus,  
 quæ poterant, mediis indictisq; per  
 Eccle-

Ecclesias supplicationibus pro salute Archiducis, cui vel fame, vel lapsu præcipiti pereundum erat; ipse se non neglexit. Tolerato igitur in summa inedia triduo, collegit vocem, altumq; inclamavit, memor Austriacæ pietatis: ut Venerabile Eucharistiæ Sacramentum adferretur; quod siquidem sumere non liceret, saltem oculis eminus delibaret, & prono corpore supplex adoraret. Satisfactum sine mora voto Principis Optimi; indulsitq; ille ad fatieratam pietati suæ: cum ecce sonitum audit, tanquam gradientis inter vicina virgulta, videtq; juvenem pastoritium adreptantem, & bipenni semitam exscindentem in rupe. Propior factus monet Maximilianum; fideret DEO, qui ipsum è faucibus mortis eruere posset; ac intrepidus sequeretur se ductorem, semitarum omnium inter horribilia illa præcipitia probè gnarum. Respiravit ille, oculisque ac manibus in cælum levatis, gratias agit



git ardentes, pro misso sibi Salvatore. Quem fidenter secutus per invia & devia, delatus est in viam, qua securus rediret ad suos. Accurrente certatim aulâ, ductor ille ex oculis evanuit, prodiditq; hoc ipso, quis, & à quo venisset. Maximilianus sospitatori DEO gratus, in imo rupis cavernam excidi curavit, in qua prægrandem Crucifixi imaginem posuit, ad perpetuam rei memoriam: benedixitq; DEO cum Victrice Judith, cap. 13. *Vivit Dominus, quoniam custodivit me Angelus ejus, & hic euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem: & non permisit extingvi scintillam Austriæ! Servavit nimirum illum Providentiâ Divinâ: ut laudatissimum paulò post ageret Imperatorem, dictus Maximilianus FORTIS, propter edita raræ fortitudinis specimina in conficiendis ursis, leonibus, &c. Obijt anno 1519. Fuxius in memoria stirpis Habsburgicæ.*



Vale jam Lector pie, & vide ne ab-  
 erres à domo Beata Aeternitatis;  
 quemadmodum aberravit ille, cui in  
 suprema hora adstetit Sacerdos no-  
 ster, & ad periculosum illud iter in-  
 struxit. Ut anima corpus deseruisse  
 visa est: Sacerdos cum circumstanti-  
 bus procidens in genua, Litanias de o-  
 mnibus Sanctis pro defuncto recitare  
 instituit. Et Ecce defunctus sese erigit,  
 & elata voce, Ergo erravimus, in-  
 quit. Coborrerunt omnes, prosecuti  
 tamen sunt Litanias. At ille iterum se  
 erigens, iterum ingeminat: Ergo er-  
 ravimus, Continuant nihilominus o-  
 rantes suas preces, cum tertio se eri-  
 gens defunctus inçlamat: Ergo erra-  
 vimus. O errorem, nunquam satis do-  
 lendum, nunquam corrigendum, sem-  
 per puniendum! Perge Viator:  
 sed vide, Quò?

FINIS.

IN.



Dist  
 DISRR.  
 II, Per  
 III, Per  
 IV, Per  
 V, Per  
 VI, Per  
 VII, Per  
 gra  
 VIII, Per  
 IX, Per  
 X, Cū  
 DIST  
 PER s  
 DIE I  
 nitatis  
 ditatio  
 Dipinar  
 Hymnus  
 eandem,  
 Kemp. D  
 Insulas. F  
 FERL  
 & Conve  
 Affectus

# INDEX,

## Distractiones Generales.

- DISRRACTIO I. per Orat. frequentem,*
- II. Per piam Meditationem,*
- III. Per Sacrificium Divinum.*
- IV. Per crebras Aspirat: ad DEũ & Divos*
- V. Per colloquia opportuna,*
- VI. Per pias cantilenas.*
- VII. Per lectionem Historicam vel Geographiam,*
- VIII. Per lectionem libri Spiritualis,*
- IX. Per Conversationem eodem & piam*
- X. Cũ Sapientia & Providentia Divina*

## DISTRACTIONES SPECIALES

PER SINGULOS HEBDOMADÆ DIES.

**DIE DOMINICO.** *Cultus SS. Trinitatis & Conversatio cum eadem. Meditatio de varijs Itineribus Personarum Divinarum. Affectus Pij, erga SS. Trin. Hymnus Matutinus & Vespertinus ad eandem, Lectio Spiritualis ex Thoma Kemp. Digressio in Italiam & adjacentes Insulas. Excurfus in Africã Septentrionalẽ.*

**FERIA II.** *Cultus S. Angeli Custodis & Conversatio cum eodem, Meditatio, Affectus Pij, Hymnus, Lectio Spirit.*

Di-

## INDEX.

*Digressio in Germaniam. Excursio in Africam Australem.*

FERIA III. *Cultus Dipinorum Tutelarium & Conversatio cum iisdem. Meditatio, Affectus Pij, Hymnus. Lectio Spiritualis, Digressio, Excursio in Americam Australem.*

FERIA IV. *Cultus S. Iosephi & Conversatio cum eodem. Meditatio, Affectus Pij, Hymnus, Lectio Spir: Digressio in Hispaniam. Excursio in Americ.*

FERIA V. *Cultus Eucharistici Salvatoris, & Conversatio cum eodem. Meditatio, Affectus Pij, Hymnus Lect. Spir: Digressio in Angliam, Scotiam, Hiberniam Excursio in Asiam usq; ad Gangē.*

FERIA VI *Cultus Christi Patientis, & Conversatio cum eodem. Meditatio, Affectus Pij, Hymnus, Lectio Spir: Digressio in Daniam, Sveciam, Moschopiam. Excursio in Terram Sanctam.*

SABBATO. *Cultus DEiparæ V. & Conversatio cum eadem. Meditatio, Affectus Pij, Hymnus, Lectio Spir: Digressio in Poloniam, Litvaniam, & Prussiam Excursio in Asiam ultra Gangē usq; in Chinas.*

LAUS DEO,

. Excursio

inorum Tut  
a ysdem. Me  
mnus. Lecti  
excursio in A

osephi & Con  
litatio, Affe  
Spir: Digres  
in Americ.

baristici Sab  
a eodem. Me  
us Lect. Spir

iam, H. ber  
ad Gangē  
li Patientis  
Meditatio

io Spir: Di  
am, Moscho  
Sanctam.

ipara V. &  
editatio, Af  
Spir: Digres

Prussia Ex  
in Chinis



Die libellus pertinet  
ad Bibliothecam  
Nagawinssem.

1800 40  
0001 81


---

1800 40  
0001 81

---

1800 40  
0001 81  
1800 40  
0001 81  
1800 40  
0001 81  
1800 40  
0001 81  
1800 40  
0001 81

1800 40  
0001 81







Ascetia  
723.